Mancinelli (Antonii): Scribendi orandique modus.

Impress. Venetiis per Sim. Bevilaqua.

1493.

Hain Repert. bibl. N. 10592.

Scribendi Orandiq; Modus per Ant. Mancinellum.

Venetijs 1493.

Operis Tituli.

Ant. Mancinelli Veliterni Scribēdi Orandiq; Modus: ad Valerium Crispinum iureconsultum eximium: Ciuemq; Veliternum q̄ optimum & Generosum.

i Ampridem Valeri mi disertissime Scribēdi orandiq; Modum: pro tuis in me officiis: sūmaq; ī meos omnis beniuolentia tibi dicare statueram: Aliis tamē grauioribus occupato hactenus nulla fuit unquam occasio. Nunc uero explicitus aliquantulum: Quæcunq; de ratione dicendi collegeram ad te mitto patriæ lumē: Es enim ad excogitandum prudentissimus: ad faciēdum solertissim9: natura admirabilis: īdustria singularis: uerbisq; expeditus. Vnde in maximis causis uersatus patronus optimus diligensq; in illis cognoscēdis & componēdis es habit9: Sępiusq; a Senatu populoq; Veliterno orator ad principes: maximumq; pōtificem electus: causam omnem ex animi sentētia obtinebas. Quocirca & honores & pecuniam & gratiam apud omnes es consecutus. Consequentur eadem (ut facile datur intelligi) Laurentius: Lactantius: Quintilianus: Hippolitus filii tui: Sunt enim magna indole pueri: sūmoq; ingenio peracuti: Veliternisq; omnibus q̄ gratissimi. Ad eorum igitur commoda Scribendi orandiq; modum Tibi consultissime Valeri animæ dimidium meæ dedico. Vale & Salue cū tota p̄le. Datū Venetiis decimo nono cal. Iunias. M.cccc.xciii.

Orationis Initium. Tit. i.

o Ris sonus ab initio olī cōfusus erat: qui tādē paulatim uocē discernens: res oīs suo nomine appellauit. Mercurium aiunt apud ægyptios primum uerba in ordinem redegisse: multisq; rebus īposuisse noīa: fuisse quoq; litterarū inuētorem: instituisseq; quo honore: quib9 ue sacris colerentur dii: de quibus oībus Diodorus uolumine primo. Athenis autē primū se orator extulit: primumq; etiam monumentis & litteris oratio est cœpta mandari: qd' Cicero de claris oratorib9 meminit. Vtq; fabi9 Quitilianus li. tertio edocet: Antiphon orationē primus omniū scripsit. At Laertio teste: Socrates cum Aeschine discipulo primus oratoriæ campos aperuit. Romanorum autem primus artis rhetorices cōdidit aliqua. M. Cato cēsorius. M. Antoni9 inchoauit. præcipuum uero lumē: sicut eloquentiæ: ita præceptis quoq; eius dedit unicū apud nos specimen orādi docendiq; oratorias artes. M. Tulli9 de quo Fabius lib. tertio latius scribit. Atq; ut Suetonius asserit: rhetoricæ artis facultas apud romāos adeo floruit ut nō nulli ex infima fortūa in ordinē senatorium: atq; ad summos honores processerit. Grāmatic9 præterea Rhetoricen docēs Rhetoris officio fungitur nō suo: ut inquit Fabi9 li. secūdo: ubi etiā monet grāmaticen & rhetoricen una esse tradendas.

Epistola quid: & unde dicitur. Tit. ii.

e Pistola est quasi certa quædā nuntia nostrarū rerum: īterdū alienarū: & fida interpres mentis nostræ. Cui quæ uolumus partim nostro nomine: partim aliorū absentibus significare cōmittimus. Descēdit autem episto-

la a medio paracimeno: idest præterito perfecto hui9 uerbi epistello: quod est significo: mitto: mando: iubeo. nam amittit unum. l. in futuro: & dicitur epistelo. deinde. e. in penultima futuri mutatur in. o. in penultima paracimeni & dicitur epistola: unde nos epistolam dicimus: quam illi epistolin uocant.

Epistolare officium quid. Tit. iii.

e pistolare officium est de re familiari: aut de quottidiana cõuersatione aliquid scribere: & quodãmodo absentes inter se præsentes fieri: dum mutuo quid aut uelint aut quid gestum sit nuntiant. licet interdum confabulationis tale conuiuium doctrinę quoqꝫ sale cõdiatur. Ita q; dem hieronymus in epistola ad Marcellam scribit.

Epistolarum genera. Tit. iiii.

e pistolaꝝ genera tria sunt potissima: ut Cicero ad Curionem inquit. Sed unum illud certissimũ: cui9 causa res ipsa inuenta est: ut certiores faceremus absentes: siquid esset: quod eos scire aut nostra aut ipsorum intereẽt. Alterum familiare & iocosum. Tertiũ seueꝝ & graue.

Epistolæ modus & qualitas. Tit. v.

t Exuntur epistolæ quottidianis uerbis: ũde & quædã etiam negligentia est diligens: ut Cicero meminit in li. de perfecto oratore: nam ut mulieres esse dicuntur non nullæ inornatæ: quasi id ipsum deceat: sic humilis & subtilis oratio etiam incompta delctat. Sermo pur9 erit & latinus: dilucide planeqꝫ dicetur. In dicẽdo enim uitium:

uel maximū est ab uulgari genere oratiōis: atq̧ a cōsuetudine cōis sensus abhorrere. Vnde & Aul9 Gellius li. xiiii. c. viii. diui Augusti epistolas elegātia orationis neq̧ morosa neq̧ anxia: sed facili hercle & simplici laudat. Plinius quoq̧ iunior ad Thuscum ait: Et præssus sermo: purusq̧ ex epistolis petitur. Seneca itē ad lucilliū epistola. lx. inquit: Minus tibi accutatas a me epistolas mitti quereris. q̄s. n. accurate loqtur: nisi qui uult putide loqui? Qualis sermo meus eēt: si una sederemus: aut ambularemus: illaboratus & facilis: tales uolo eē epistolas meas: quæ nihil habeāt accersitū nec fictū: sed si fieri posset: quid sentiā ostēdere q̄ loqui mallē. Nō mehercule ieiuna esse & arida uolo: quæ de rebus tā magnis dicētur: neq̧ enim philosophia ingēio renūtiat. Multū tamē opæ impēdi uerbis non oportet. Epistola ēt. xlv. inquit. Sed ne epistolæ modum excedā: quæ nō debet sinistrā manū legētis implere in aliū diem hanc litem cum dialecticis differam. Noscēdum tamen epistolam sinistram legentis implere: quum lōgior fuerit: tunc enim & dextra & sinistra teneri necesse est. Epistolæ autem initium huiusmodi fere solet eē. M. Tullius Terentiæ salutem. Terentia Marco Tullio salutem. Semper enim scribentis nomen præpōitur: etiam inferioris. Vnde & Anacharsis scythæ phylosophi ad Ammonē regem Epistola ita incipit. Anacharsis ammoni salutē: de quo latius Cice. li. iiii. tuscu. Itē Rex Alexāder iouis ammonis fili9 olympiadi matri salutē dicit: de quo Gelli9. li. xii. c. iiii. In calce uero epistolæ pōetur. Vale. Cura ut ualeas. Bene uale & me dilige. fac ualeas: meq̧ ames. Tu fac q̄d facis: ut me ames: teq̧ amari a me scias Vale. Da opam

ut ualeas: meq; ames amore illo tuo sigulari. Valebis igitur: meq; ut a puero fecisti amabis. Cura te diligẽter: Vale. Cura mi Iuli ut ualeas: hoc mihi gratiꝰ facere nihil potes. Viue & uale. Vale etiã atq; etiam. Ponetur inde data: uel Datum: inde dies & numerus annorum christianæ salutis: exin locus ipse unde epistola mittitur. Epistolæ deniq; formula erit eiusmodi: Antonius Mancinellꝰ Valerio Crispino salutem. Spectata fides & amor in me tuus ęgerunt: ut tibi q̃ alteri potius scriberem: cõmendaremq; res meas omnis & liberos. Itaq; me absente (absum siqdẽ iter dierũ nouem) oro ac obsecro illorum curam suscipias qualem forte pro tuis rebꝰ ac liberis subire uelles. Cura rem diligenter: nihil enim gratiꝰ mihi unq̃ efficies. Vale ac salue: Meq; ut soles ama. Datum Venetiis decimo calendas iunias: Anno christianæ salutis. MCCCCLxxxxiii. Vbi uero litteras obsignaueris: illius nomen ad quem litteræ ipsæ pferẽdæ sunt: huiuscemodi uerbis extra notabitur. Valerio Crispio iurecõsulto eximio: ciuiq; ueliterno q̃ optimo: suo ac fratri. Poteris & te intus in calce subscribere si uolueris hoc pacto. Idẽ tibi deditus: deuotusq; cliens. Caue seruitor dicas: ut uulgo assolet. Cliens. n. latinum est & in hoc proprium.

Littera & litteræ. Tit. vi.

Littera in singulari nũero significat elemẽtũ ipsum: ut A B. Vel manũ scribentis: ut ad Atticũ Cicero: Nam Alexidis manum amabam: ꝙ tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ. In plurali uero epistolam: præterq̃ apud poetas: qui pro epistola uersus gratia in singu-

lari semper utuntur: ut Ouidius: Quã legis abrapta briseide littera uenit. Nam quod Cicero ad Celium scribit ad se nullam litteram Bibulum misisse: ita ait: quasi nullum uerbum misisse: quod ut uehementer extenuaret: non dixit uerbum aut syllabam. sed litteram. Frequentissimum igitur est litterę pro epistola.

Binæ litteræ: Duæ epistolæ. Tit. vii.

d Icendũ ẽ unã epistolã duas: tres: quattuor: qnqꝫ epistolas. Vnas uero litteras: binas: ternas: q̃ternas: qnas: senas: septenas & cætera. Nunq̃ aliter: uel rarissime: quale eẽt: Vnas binas: ternas epistolas: duas: tres: quattuor litteras. Si tamẽ dicas accæpi abs te binas litteras: nõ subiungas quarum alteri respondi per proximum tabellarium: alteri nunc respondeo: sed alteris: De epistola uero apertum est: ut accæpi duas epistolas: quarum alteri iã respondi: alteri nunc respondebo.

Calendę. Nonæ. Idus. Tit. viii.

c Alẽdæ dicuntur a Calo: id est uoco teste Macrobio li. i. sat. quia solebat Romæ minor pontifex noua cõspecta lũa plæbem uocare: ut audiret quot dies a calendis ad nonas superessent: & hoc ideo: quoniam nonaꝝ die oportebat populares qui in agris essent cõfluere in urbem: accepturos causas feriarum a rege sacroꝝ: scituros qꝫ quid esset eo mense faciendum. unde quidam hinc nonas æstimant dictas: quasi nouæ initium obseruatiõis. Vel qꝛ ab eo die semper ad idus nouem dies putantur. Vel nonæ dicuntur a nõ. Nullus enim deus habuit festum in nonis. Vnde Ouidius li. i. fastorum ait. Nonarum tutela deo ca-

ret. Erãt prærerea Calẽdæ omnes Iunoni dicatæ: quia initium mẽsium maiores nostri ab exortu lunę seruabãt: Iure itaq; Calendas iunoni addixerũt. lunam ac iunonẽ eandem putantes. Vel quia luna per aerem meat. Iuno autẽ aeris arbitra est: merito initia mensiũ. i. calendas huic deæ consecrauerunt. Putant aliqui idus q eo die plena lũa uideatur: a uidendo uidus appellatos: mox litteram. u. detractam: ut Macrobius ait: qui etiam scribit ita: Idus uocamus diem: qui diuidit mensem. Iduare enim hetrusca lingua diuidere est. unde uidua quasi ualde idua: idest ualde diuisa. aut uidua. i. a uiro diuisa. Erant autem id9 oẽs ioui tributæ & omnibus idib9 ioui imolabatur a flamine.

Quot dies: Nonas: Idus: mẽsis habet. Tit. ix.

i Vnius. Aprilis. September siue Nouember
Triginta luces: reliquis tamen una supersit.
Octo & uiginti februarius accipit ortus.
Si bissextus erit tunc unus iungitur illis.
Prima dies mensum romanis esto calendæ.
Sex nonas maius ue october iulius & mars:
Quattuor ast alii: tenet idus quilibet octo.
Idibus expletis quot luces quære supersint.
Inde diem mensis primum superadde sequentis:

Habito quot dies mẽsis habet denominatos a nonis & idibus sicut in exemplo patebit: Subtractis nonis & idibus residui dies erunt calendæ. Notandũ tamen nũerum in ablatiuo. Nonas autem & idus in accusatiuo poni debere: sed inter numerãdum præpostero utemur ordine. Sit q; exemplo Iulius continens diem unum & triginta. Nonas uero sex. Dic igitur.

Calendæ.

Calẽdis iuliis: uel intra calendas iulias die primo iulii.

Nonæ.

Sexto nonas iulias die. ii. iulii.
Quinto nonas iulias die. iii.
Quarto nonas iulias die. iiii.
Tertio nonas iulias die. v.
Pridie nonas iulias die. vi.   Nonis iulii die. vii.

Iam finitis nonis reliquos octo dies similiter iduũ cognominatione notabimus.

Idus.

Octauo idus iulias die octauo iulii:
Septimo idus iulias die nono.
Sexto idus iulias die decimo.
Quinto idus iulias die undecimo.
Quarto idus iulias die duodecimo.
Tertio idus iulias die. xiii.
Pridie idus iulias die. xiiii.
Idibus iuliis die decimoquinto:

Nunc reliquos iulii mensis quotquot superfuerint dies calendarum appellatione significabis: quæquidem sunt futuri mensis: neq; ordinis: neq; numerationis ratione mutata. Supersunt deniq; dies. xvi. addẽdoq; primum mensis sequentis diẽ erunt. xvii. Itaq; dices.

Calendæ.

Decimo septimo calendas augusti die. xvi. iulii.
Decimo sexto calendas augusti die. xvii. iulii.
Decimo quinto calendas augusti die. xviii. iulii.
Decimo quarto calendas augusti die. xviiii. iulii.

Decimo tertio calendas augusti die. xx. iulii
Decio secũdo uel duodecio calẽdas augusti die. xxi. iulii
Decio prio: uel undecio calẽdas augusti die. xxii. iulii
Decimo calendas augusti die. xxiii. iulii.
Nono calendas augusti die. xxiiii. iulii.
Octauo calendas augusti die. xxv. iulii.
Septimo calendas augusti die. xxvi. iulii.
Sexto calendas augusti die. xxvii. iulii.
Quinto calendas augusti die. xxviii. iulii.
Quarto calendas augusti die. xxviiii. iulii.
Tertio calendas augusti die. xxx. iulii.
Pridie calendas augusti die. xxxi. iulii.

De qnq; partibus artificiosæ eloquẽtiæ. Tit. x.

q Vinq; partibus artificiosa eloquentia constat. Inuentione. Dispositione. Elocutione. Memoria. Pronuntiatione. Est. n. opus inuenire quid dicas. Inuenta disponere. deĩde ornare uerbis. post memoriæ mãdare. Tũ ad extremũ agere & pronũtiare cum dignitate & uenustate. Inuentio itaq; est excogitatio rerum uerarum: aut uerisimiliũ: quæ cãm probabilem reddant. Dispositio est ordo & distributio rerũ: quæ demonstrat quid quibus locis sit collocandum. Elocutio est idoneorum uerborũ & sententiarum ad inuentionem accõmodatio. Memoria ẽ firma animi rerum: ac uerborum & dispositionis perceptio Pronuntiatio est uocis: uultus: gestus: moderatio cũ uenustate. Inuentio in sex partes orationis consumitur. In exordium. Narrationem. Diuisionem. Confirmationem. Confutationem. Conclusionem. Exordium

est principium orationis per quod animus auditoris uel iudicis constituitur: uel apparatur ad audiendum. Narratio est rerum gestarum aut proide ut gestarum expositio. Diuisio est per quam aperimus quod conueniat: quid in controuersia sit. & per quam exponimus quibus de rebus simus acturi. Confirmatio est nostrorum argumentorum expositio cum asseueratione. Confutatio est contrariorum locorum dissolutio. Conclusio est artificiosus terminus orationis.

De Phrasi idest Elocutione. Tit. xi.

q Vintiliano teste lib. viii. Quam græci Phrasin: latine dicimus elocutionem. Sed eam spectamus uerbis aut singulis: aut coniunctis. In singulis intuẽdum est: ut sint latina perspicua ornata: & ad id quod efficere uolumus accommodata. In cõiunctis: ut emẽdata ut collocata ut figurata. Elocutiõis autẽ pars difficillima: Vnde &. M. antoni⁹ apud Ciceronem de oratore ait a se disertos uisos esse multos: Eloquentem uero neminem Disertos satis putat dicere quę oporteat: ornate autem dicere proprium esse Eloquentissimi. Elocutio deniq; Cicerone autore lib. iiii. Ad herennium commoda & perfecta quę maxime ad modum orationis accommodata est: tres res in se debet habere: Elegantiam: Compositionem: Dignitatem. Elegantia est: quæ facit: ut unũquodq; uerbum pure & aperte dici uideatur: Hæc diuiditur in latinitatem & explanationem. Latinitas est: quæ sermonem cõseruat purum ab omni uitio remotum. Vitia ĩ sermone: quo minus is latinus sit: duo possũt esse. Soloecism⁹ & Barbarismus. Explanatio est: quæ reddit & apertam & dilucidam

orationem. Ea comparatur duabus rebus: Vsitatis uerbis & propriis. Vsitata sunt ea quæ uersantur in sermone & cõsuetudine quotidiana. propria quæ eius rei uerba sunt: aut esse possunt: de qua loquimur. Compositio est uerborum constructio ęquabiliter perpolita. Dignitas est: quæ reddit ornatam orationẽ: uarietate distinguens.

Soloecismus.

Soloecismus est incõueniens romano sermoni iũctura uerborũ: contra regulam artis grãmaticę posita: ut Diomedes scribit. fit autem modis generalibus quattuordecim. Immutatione generũ: ut dicẽdo purpurea narcissus: pro purpureus narcissus. Immutatione casuum: dicẽdo Vrbem quam statuo uestra est: pro urbs. Immutatione numerorum: ut ps in frusta secant pro secat. Immutatiõe psonarũ: ut Danai qui parẽt atridis: quamprimum arma sumite: pro qui paretis. Immutatione temporũ: Vt nec ueni nisi fata locũ: sedẽq; dedissent: pro nec uenissem. Per qualitates uel significatiões uerborum: ut Expoliantur eos: & corpora nuda reliquũt. Per modos uerborũ: At rutulo regi ducibusq; ea mira uideri: pro uidebãtur. Per aduerbia localia: ut intus eo: intro sum pro intus sum: eo itro. Per præpositiones quum alia pro alia ponitur: ut sub lucem ibãt: pro ante lucem. Per gradus: ut bonus aut melior omnium pro optimus: uel e conuerso. Per cõiunctiones: ut subiectisq; urere flammis: pro ue. Per geminationem abnuendi: ut nihil nunq̃ peccaui: Cum dici debeat Nunq̃ uel nihil unq̃ peccaui: Per accentus ut siquis pro-

nuntiaret sine accentu ĩ fine pone. falso: Vna: quę quidem differentiæ causa in ultimo accentum habent. Vt priscianus admonuit. Per ordinis immutationem Vt: Autem fieri non debet: pro fieri autem non debet. Sunt & qui putent ait Diomedes: Soloecismum esse: si demonstrantes uirum: hanc dicamus. aut fœminam: hunc. Aut interroganti quo pergamus: respõdeatur Romæ. Aut unũ salutantes: Saluete dicamus. Cum utiq; præcedens demonstratio: interrogatio: uel salutatio: uim conceptæ orationis contineant. Soloecismus autem est in prosa: In poemate enim Schema dicitur. i. figura siue cultus.

Barbarismus.

Barbarismus ẽ contra romani sermonis legem: aut scripta aut pronuntiata uitiosa dictio. fit enim in una parte orationis tantum. Sed id uitium in soluta oratione nomen suum optinet: dicitur enim Barbarismus idest dissonans: apud poetas autem Metaplasmus uocatur idest trãsformatio. Quintilianus item lib. i. docet Barbarismum esse unius uerbi uitium. Fit deniq; duobus modis: Scripto & pronũtiatiõe. & hoc quadrifariã. Adiectiõe. Detractione mutatõe. Trãsmutatiõe litteræ syllabæ: Tp̃is. Adiectione litteræ fit Barbarismus: ut relliquias danaum: pro reliquias. Syllabæ: ut mauors pro mars. Tetuli pro tuli. alituum: pro alitum. Temporis: ut Italiam fato profugus: ubi prima syllaba cum corripi debeat: producitur. Detractione litteræ fit Barbarismus: ut infantibus

pro infantibus. Syllabæ: ut salmētum pro salsamentum. Temporis ut. li. viii. æn. feruere leucatē auroq; effulgēr fluctus. Mutatiōe litteræ fit Barbarismus ut olli pro illi: asuenio pro aduenio. Syllabæ ut pernuces ꝓ pnices. Temporis: ut feruere leucaten: Vnius ob noxam. Transmutatione litteræ fit Barbarismus ut lerigio: pro religio. Tymbre pro tymber. Tempis ut philosophia penultia correpta: & domina dominus producta penultima.

Ambiguitas.

Vitāda imprimis Ambiguitas (teste fabio. li. viii.) quæ ĩcertū ĩtellectū facit: ut Chremetē audiui pcussisse Demeā.

Perspicuitas siue Claritas.

Nobis prima sit uirtus perspicuitatis: ꝓpria uerba. rectus ordo. non in longum dilata cōclusio. nihil deniq; desit: neq; superfluat. ita Sermo & doctis probabilis: & planus ĩperitis erit. Magna uirtus ē: res de quibus loquimur: clare atq; ut cerni uideantur enuntiare. Vt: Constitit in digitos extemplo arrectus uterq;. Et in descriptione Conuiuii luxuriosi: Videbar uidere alios intrātes: alios uero exeuntes: quosdam ex uino uacillātes: quosdam hesterna potatione obscitantes. humus erat immunda: lutulenta uino coronis languidulis & spinis cooperta pisciū. Quid plus uideret: qui interesset? Contigit eadem Claritas ex accidentibus: ut Et trepidæ matres pressere ad pectora natos.

Obscuritas.

Pessima sunt quæ uerbis aperta occultos sensus habent. fit etiam obscuritas uerbis ab usu remotis: ut si commētarios quis pōtificū: & uetustissima fœdera: & exoletos scrutatus autores: id ipsum petat ex iis quæ inde contraxerit:

quod non intelligatur. hinc enim aliqui famam eruditionis affectant: ut quædam soli scire uideātur. Atqui Cicero satis aperte præceperat: in dicendo uitiū uel maximum esse ab uulgari genere oratiōis: atq; a consuetudine cōmunis sensus abhorrere. Scripserat &. C. Cæsar ut tanq̄ scopulum sic fugias inauditū atq; insolens uerbū. hinc phauorinus philosophus adolescēti ueterum uerborum cupidissimo ait (ut Gellius refert) Viue moribus præteritis loquere uerbis præsentibus.

Verbum humile & sublime.

Sicut in oratione nitida notabile humilius uerbum: & uelut macula: ita in sermone tenui sublime nitidūq; discordat. fitq; corruptum: quia in plano tumet.

Macrologia

Vitanda macrologia: idest lōgior q̄ oportet sermo: ut apud Liuim: legati non impetrata pace retro domum unde uenerant abierunt.

Periphrasis.

Sed huic uicina periphrasis habetur: idest circuit9 eloquēdi: uel circūlocutio. Fit enī quū id quod uno aut paucorib9 uerbis dici potest pluribus explicatur: ut illud: Iouiū: teneros depellere fœtus. i. agnos.

Pleonasmos.

Est & pleonasmos uitium: quum superuacuis uerbis oratio oneratur: ut ego oculis meis uidi.

Corrupta oratio.

Corrupta oratio in uerbis maxime impropriis redundātibus cōprehensione obscura cōpositione fracta uocum similium aut ambiguarum puerili captatiōe consistit:

Compositio quidē uerbo℞ nō ex anxio labore uēit: sed usu atq; exercitatiōe ꝑpetua: quæ magis fluat de ea aurib9 iudicetur: q̃ uelut arbitræ cōpositionis eē debēt: ut Diomedes ait. Quod item Gellius asserit: ubi ait. M. Tullium ī oratiōe pro Pōpeio: Explicauit maluisse dicere q̃ explicuit: dixit enī: Sed consilii celeritate explicauit. Nā si explicuit dixisset: imꝑfecto & debili nūero uerbo℞ sonus clauderetur. Aures deniq; (ut Fabi9 scribit) plēa sentiūt: pa℞ expleta cōsiderāt. fragosis offendūtur. leuib9 mulcētur. cōtortis excitātur. stabilia probāt. clauda dep̄rhendūt. redūdātia ac nimia fastidiunt. Cōpositio itaq; debet esse hōesta: iucunda: uaria. In oī porro compositiōe tria sunt necessaria teste Fabio li. nono. Ordo. Iūctura. Nūerus.

Ordo.

Ordo cōpositio ē uerbo℞ aptis & accōmodatis locis. Ordinis igitur obseruatio ī uerbis ē singulis & cōtextis. Sigula sunt quæ Asyntheta uocātur: idest sine cōpositione: ut Cæsaris illđ deuicto fugatoq; pharnace. Vēi. Vidi. Vici. de quo Apianus li. ii. Et illud: Amicus: familiaris: necessari9 tibi sum. In iis autē cauēdum ne decrescat oratio: & fortiori subiūgatur aliquid infirmius: ut sacrilego fur: aut latroni petulās. augeri. n. debēt sentētiæ & insurgere: Vt quod sequitur magis eo sit: quod antecedit: ut nobilis egregius. magnificus. illustris. Crudelis. īmāis. fur & sacrilegus. Cōtexta āt eiusmōi: Cū iustitiā esse illā aptissime cōstet: ex qua & oppida & ciuitates & ꝓuiciæ & regna atq; impia gubernātur: cōseruātur q;: & āplificātur: oēm cogitationē & diligētiam: actiōes: fortunasq; nostras nos deniq; totos libēter exponere debēus: ut ea ipsa iuris æq-

tas diligẽter excolatur. Est & alius naturalis Ordo: ut ui-
ros ac fœias: diẽ ac noctẽ: ortũ & occasum dicas potiꝰ q̃ re
trorsũ. Itẽ pr̃ genuit: nutriuit: ĩ rep. collocauit. Quædã
ordĩe pmutato fiũt supuacua: ut Castor & Pollux fratres
gemini cũ finitimis bellũ gerebãt: nã si præcesserit gemi-
ni fratres addere nõ est necesse. Terẽtius tamẽ in ãdria in-
qt: Sit e in germani fratris dilexi loco.

Verbum in fine.

Verbo sẽsum claudere multo si compositio patiatur opti-
mũ ẽ: ĩ uerbis. n. sermõis uis inest. & si id aspeꝝ erit: cedat
oratio numeris.

Actũs. Rectus. Verbũ.

Locãdæ sũt ptes iudicio auriũ quoquo loco: hic ipsa oratio
nõ solũ formãda electiõe sed cõstructiõe uerboꝝ: ut prio
đ ora. hẽtur. Itaq; dicẽdo: Scipio aphricanus deleuit Car
thaginẽ: cultiꝰ uerso ordĩe dicetur: Carthaginem Scipio
aphricanus deleuit. Debes igitur accusatiuũ præponere:
inde Rectũ: postea uerbum: si aures id patientur.

Gti. Dti. Ablti in pricipio.

Gti: Dti: Ablti initio clausulæ ponẽtur. Exẽplũ ẽ. Episto-
larũ genera multa eẽ nõ ignoras. Domi filiꝰ nuptias cõpa-
rabat. Tibi patrimoniũ dii fortunẽt. Fabio uiro optĩo: &
hoĩe doctissimo familiarissime utor. In prælio mortẽ pa-
ter appetebat.

Adiectiuũ ãte substãtiuũ.

Adiectiuũ nomẽ substãtiuũ præcedat: ut optĩa uirtꝰ: diui
nũ ĩgeniũ.

Pronoĩa post substãtiua.

Pronoĩa substãtiuis ut plurimũ postponãtur: ut patria no
stra: filiꝰ tuꝰ: litteræ meæ.

Præpositiones.

Præpositiões ĩter substãtiua & adiectiua inserũtur: ut fera-
ce ĩ agro: Ornatissimo ĩ loco, Cęteris in rebꝰ. hãc ob cãm.
Iustis de causis.

Interpositio decens.

Vsurpāus & alia hoc mō. Mea in istū beneficia cognoscitis. Maxima in rēp. diligētia. Sūma in hospites liberalitas.

Præpositiones Coniunctióesq; detractæ.

Detractæ autē præpositiones: coniunctionesq; etiā aliquid obscuritatis afferūt: & si gratiam augēt: ut & Suetonius scribit. Itaq; augustꝰ ut animi sensum q̄ aptissime exprimeret: nec præpositiões uerbis addere. nec cōiūctiões sæpius iterare dubitauit. hac autē in re Seruius Sulpitiꝰ erit exemplo quum ait: post me erat ægina: ante megara. dextra pyreus: sinistra corinthus.

Aduerbia

Aduerbia prope uerbum frequentius poni decet: hinc. M. Tulliꝰ ad cæliū ait: fabio uiro optimo & homine doctissimo familiarissime utor.

Genitiui inter alios casus.

Inter alios casꝰ genitiui apte ponuntur: ut oīa reipu. iura: Immania sceleratorum hominum flagitia.

Casus alii inter genitiuos.

Inter genitiuos alii casus ornant orationem: ut huius claritudo uiri. huius quirites autoritas loci.

Rectus inter accusatiuos.

Rectus inter accusatiuos ornat etiam orationem: ut hunc tu hominem appellas? Illum ego inertem odi.

Negatiua dictio in fine.

Negatiua dictio elegāter i fine oratiōis locatur: ut Cicerōis illud ostendit: Tanq̄ ulysses cognosces tuorum neminē: Dic item: Scipione clariorem inuēies nullum. Tuo in me animo gratius est nihil.

De Iunctura.

Iunctura est in uerbis incisis membris Periodis: Connexa igitur series tris habet formas. Incisa: quæ cōmata dicuntur. Membra quæ cola. Periodon quæ est uel ambit9: uel circūductum: uel continuatio: uel conclusio. Cōma est sensus non expleto numero conclusus: plerūq; pars mēbri: ut domus tibi deerat? at habebas. pecūia superabat? at egebas. Fit autem & singulis uerbis incisum. dixim9: testes dare uoluimus. Incisum est diximus. Membrum uero est sensus numeris cōclusus. Itaq; fere incisa & mēbra mixta sunt: & conclusionem utiq; desiderant: hæc oīa Fabi9 libro nono. Diomedes uero inquit: Cōma est iuncturæ finitio: ut Etsi uereor iudices: ecce unum cōma: ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere: iam factum est colon idest membrū quod itellectui sensum præbet. sed adhuc pendet oratio. deinde sic ex pluribus incisis membrisq; fit periodos: idest extrema sententiæ clausula. Periodos aūt longior esse non debet q̄ ut uno spiritu proferatur.

CaCa. Qui Qui. Le Le.

Cōmissa inter se uerba duo ex ultima fine prioris ac prima sequentis syllaba: turpe quid sonat: ut cæca caligo. dorica castra. Reliqui qui rites. Ille legit. Amor mortalis.

Luce lucebat. Natam natam.

Videndū etiā ne syllabæ uerbi prioris ultīæ sint primæ sequētis: ut Cicerōis illud in somnio Scipiōis: luce lucebat aliēa. & in carmīe: O fortūatā natā me cōsule romā. Et illud Seruii Sulpitii. Decreui breui ad te perscribere.

Vocalium concursus.

Creber uocalium cōcursus: quum accidit hiat & intersistit

& laborat oratio: ut ibi: Ego oī officio ac poti9 pietate erga te cęteris satisfacio oībus. Et ibi: Egredere a domo aliena Antoni.

Eiusdē litterę assiduitas.

Vitanda ē eiusdē litterę nimia assiduitas: ut illud Ennii: O tite tute tati tibi tāta tyrāne tulisti. Item: Machina multa minax minatur maxima muris. Itē Cassius curās custodire cōem ciuitatē. & cæteri de re certa certantes Cæsarē cæperunt.

Eiusdem uerbi assiduitas.

Eiusdē quoq; uerbi assiduitas nimia fugiēda ē: ut illud: Nā cui9 rōnis rō nō cōstat: ei rōni rō nō est fidē adhibere.

Consonantes asperiores.

Consonantes asperiores in cōmissura uerborum rixantur: ut Sextus roscius. Ars studiosorum. Error romuli.

S. cum. X.

S. ultimæ cum. X. ꝓxima stridor ē uast9: ut fluuius Xanthus. Deceptus Xerxes. Itē si post. X. sequatur. S. ut nix solita. Et si. X. alteri occurrat: ut rex Xerxes. Dux Xanthipp9. uirtutis lux Xenophō.

In. S. desinētia.

Plurimę quoq; dictiōes in. S. terminatę nō bene cōueniūt: ut illd̄: Gignis nobis nouas præceptiōes. Itaq; gignis noua pręcepta nobis erit suauius.

Monosyllaba.

Monosyllaba si plura sunt male cōtinuabūtur: ut Horatii illud satyra prima. An ni id fit. Et Terentii in Eu. Et cū eo clā tu te subduxisti mihi.

Disyllaba.

Breuiū quoq; idest disyllaboꝶ uerboꝶ ac nominū uitanda cōtinuatio: ut Sed sese ipsos fontes esse dicant. & illd̄: Necesse est eius rei summus artifex sit.

Pentasyllaba.

E diuerso item lõgoꝝ.i.pẽtasyllaboꝝ: afferũt.n.quãdam dicendi tarditatem: ut imperitorum intelligentia.

Similiter cadentia.

Illa quoq; uitia sunt eiusdẽ loci: si cadẽtia similiter & similiter desinẽtia,& eodẽ mõ declinata multa iũgãtur. ut Ennii illud: Mœrẽtes: flẽtes: lachrymãtes ac miserãtes. Et illud: fortunatorũ imperatorũ: optimorũq; rectorũ uirt9 magis q̃ fortuna laudatur. Item eos reduci q̃ relinq temni q̃ deseri malui.

Longa in fine.

Vitetur itẽ ne pluriũ syllabaꝝ uerbis utãur in fine: ut si diceres: Fecisti cõtra Quintiliãi præcepta & institutiones. Præcepta enim aptius postremo loco posueris.

Versus in oratione.

Versum in oratione fieri multo fœdissimum est totum: sed etiam in parte deforme: utiq; si pars posterior in clausula deprehendatur: ut illud Bruti: quanq̃ sciunt: constituunt placuisse catoni. A ut uersus prior in ingressu: ut Liuius: Facturus ne operæpretium sim. hexametri enim exordio cœpit.

Longa uel breuia in principio.

Optime incipitur a longis: recte aliquando a breuibus: ut Animaduerti Brute. Maxime autẽ de prædictis omnib9 iudicant aures.

Ex. Ab. A. Abs.

Vtq; Diomedes ait. Ex & Ab præpositiones: si sequens uerbum a uocali incipiat: integræ efferuntur: ut ex oppido: ab illo. Si tamen consonantes sequuntur: extremam litteram perdunt: ut e foro. a marco. Similiter

si uocalis sequatur consonantis loco posita: ut a iunone: e uirtute: e uino. Priscianus autē li. xiiii. scribit. Ab & Ex i appositione uocali quidē sequente semper prępони: ut ab illo. ex illo. Cōsonante raro: & tunc si nulla asperitas uocis prohibeat: ut li. ii. æne. Ex quo me diuū pater atq; hominum rex. At li. i. de. xii. carminibus inquit: A quidem uel abs uocali sequente nō ponimus. Ab uero non solum uocalibus sequētibus: sed etiā consonantibus quibusdā nō male sonātibus antecedēte ab: ut abduco abdo: hæc ille. licet igitur etiā dicere ab duce: ab domo. Sæpe deniq; repitur ab cōsonante sequēti præposita: quod latius in lima uallensi ostēdimus: ubi Laurentius docet ab cū duabus liquidis & cum. l. quādo fit cōsonans adiungi solere: ut ab lege: ab legatis: ab litteris: ab rege: ab ioue. Abs etiā ante. q. in appositiōe ponitur: ut abs quolibet. Ante. c. āt uel. t. in cōpositione: ut abscondo: abstraho abstineo. dicitur item abs te: abs tito.

Ex theatro. A theatro.

Præterea ut quibusdā uidetur: non idem ē. Ex theatro uenire: & a theatro. Ex theatro se uenire dicit: qui ex ipso uenit theatro. Qui uero dixit a theatro: non ex ipso theatro sed a loco qui proximus est theatro.

Ad forum & in forum ire.

AD etiā prępositio & In nō unum idemq; significant. nam in forum ire est in ipsum forum intrare. Ad forum ire i locum foro proximū: ut in tribunal & ad tribunal uenire nō unum est. Ad tribunal enim uenit litigator. In tribunal uero prætor aut iudex.

De Numeris: idest modulatione & consonā

tia ornatæ orationis.

Nūc de Numeris: hoc est Rhythmis: q̄ sine certo fine moderantur: & tamen rationabiliter ordinatis pedibus currunt: dicendum uidetur. Nā ueteres: ut scribit Cicero li. iii. de oratore, In soluta oratiōe numeros quosdam nobis esse adhibendos putauerunt. Idq; princeps Isocrates instituisse fertur: ut incōditam antiquorū dicēdi consuetudinem. delectatiōis atq; aurium cā numeris abstringeret. Versus autē in oratione si efficitur cōiunctiōe uerborū uitium ē: & tamen etiam cōiunctionē sicuti uersum numerose sedere & quadrare & perficere uolumus. In oratione enim prima pauci cernūt: postrema plurimi. Rhythmus aūt est modulata imago uersus: cū habeat pedum: tēporumq; iūcturā cum lenitate. Metrū certa qualitate ac numero syllabar̄ tēporūq; finitur: certisq; pedibus cōsistit: ac clauditur. Rhythmus tēporū ac syllabarū pedūq; cōgruētia in infinitū multiplicatur ac ꝓfluit: ut Diome. ait.

De Dignitate.

Dignitas ē q̄ reddit ornatā orationē uarietate distīguēs. debet. n. tractatio uaria esse: ne qui audiūt defatigētur similitudinis satietate. Reficit autē animos ac reparat uarietas ipsa. hęc in uerborū & sentētiarū exornationē diuiditur. Verborū exornatio est: quum ad ipsum sermonē ꝓpria: perspicua: ornata: idonea: electaq; uerba accōmodantur. Abiecta atq; obsoleta tollūtur. Sentētiar̄ exornatio ē: quæ non in uerbis: sed in ipsis rebus quādam hēt dignitatē. Est. n. Sētētia oratio sumpta de uita generalē ꝓnuntiationē habēs: breuiter hortās rē aliquā uel dehortans: uel demōstrans: quale sit aliquid. Hortans quidem

huiusmodi: erit optia uiuēdi rō est eligēda: eā iucundam cōsuetudo reddet. Item oēs bene uiuendi rōnes in uirtute sunt collocādæ: ꝓpterea ꝙ sola uirtus in sua potestate ē: Itē: hi sapienter faciunt: qui adolescentes maxie castigāt. Dehortās uero talis: Nō oportet totā nocte dormire cōsultorem. Item: Heu nihil inuitis fas quenq̄ fidere diuis. Demōstrās autē: ut Obsequiū amicos: ueritas odiū parit. Sentētias deniq; interpōi raro cōuenit. ut rei actores nō uiuendi præceptores uideāur esse: quū ita interponentur multū afferent ornamēti. De exornationibus āt quas colores ēt appellāt libro quarto ad herēniū Cicero latissime docuit: ibi ergo Inspiciendæ.

De Laude & Vituperatione. Tit. xii.

Laus ē expositio: āplificatioq; bonorum quæ alicui accidunt personæ uel communiter uel priuatim. Communiter: ut Laus hominis. Priuatim: ut laus Socratis. Laudāus tamē etiā res: ut iustitiā: ut muta animalia. Nec nō etiā arbores & semina & mōtes & fluuios & similia. Sciendūq; ꝙ Demōstratiuū genus diuiditur in laudem & uitupationem. quibus āt ex rebus laudē cōstituerimꝰ: ex cōtrariis rebꝰ erit uitupatio companda. Loca uero laudis uel uitupatiōis poterūt esse Rerum externarum: Corporis: & Animi.

Deorum Laus.

In deis autem generaliter primum maiestatem ipsius eorum naturę uenerabimur: deinde proprie uim cuiusq; & inuenta: quæ utile aliquid hoibus attulerunt. Vis ostēditur: ut in Ioue regēdorū oīum. In Marte belli. In Neptuno maris. Inuenta ut artiū In Minerua. In Mercurio lit-

terarum: Medicinæ apolline. Cerere frugum. Libero uini. Tũ siqua ab his acta uetustas tradidit cõmemoranda Addũt etiã diis honorẽ parentes: ut siquis sit filius iouis Progenies quoq;: ut Apollo ac diana Latonæ.

Hominum Laus.

Magis ẽ uaria laus hoïs: nã primũ diuiditur ĩ tpa: quodq; ãte eos fuit: quoq; ipsi uixerũt. Ante hoïem patria: parẽtes maioresq; erũt. Illa quoq; ex eo q̃ ante ipsum fuit tempore trahẽtur: quę respõsis uel auguriis futuram claritatẽ ꝓmiserunt: ut eum qui ex Thetide natus esset maiorẽ patre suo futurum cecinisse dicuntur oracula.

Rerum externarum sunt ea: quæ casu aut fortuna secunda: aut aduersa accidere possunt: ut Gens. Ciuitas. Genus. Educatio. Diuitiæ. Potestas. Gloriæ. Amicitiæ. & quæ huiusmodi sunt: & ea quæ his sunt contraria.

Corporis sũt ea: quæ natuta corpori attribuit commoda. Velocitas. Vires. Dignitas. Valitudo. & q̃ cõtraria sunt.

Animi sunt ea: quæ consilio & cogitatione nostra constãt: Prudẽtia. Iustitia. Fortitudo. Modestia & q̃ cõtraria sũt.

Ab Externis Laus.

Ab externis rebus: Gens in laude: ut latinus græcus. Ciuitas: ut uenetus romanus atheniensis. Gen9 in laude: quibus maioribus nat9 sit. Si bono genere: parem aut excelsiorem fuisse dicemus. Debemus quoq; omnes progenitores insignes ad eum usq; quem laudatum uolum9 memorare: & in singulis clarum aliquid sũmmatim apponere. Si hũili genere: ipsũ ĩ suis: nõ ĩ maiorũ uirtutib9 habuisse præsidiũ. In Vitupatõe: si bono gener: dedecori maiorib9 fuisse ostẽdim9: nam quosdã claritas ipsa notiores

circa uitia & inuisos magis fecit. Si malo: dicemus etiam Maioribus suis detrimēto fuisse. Debēus autē in uitupationibus fere cunctis ironia uti: & in his aduersariū deridere: quib9 ille maxime exultat: Educatio in laude: ꝙ bene honesteq; in bōis disciplinis educat9 tota pueritia fuerit: ut achilles apud chironē. In uitupatiōe contra: inde se retraxisse apte narrabimus. Deinde sequitur uictus: ut in achille ꝙ medullis leonū pastus ē. ꝙ parce modesteq; uixerit: ut Socrates qui adeo parco tēpatoq; uictu utebatur: ut cū athēas lues sæpenūero uastaret: solus ipse nunq̄ ægrotauerit. Præterea In diuitiis qualis: aut ī pauptate cuiusmodi fuerit. Quēadmodū habuerit in potestatib9 gerēdis animū: Quæ gloria: quæ amicitiæ: & quid fortiter in inimicitiis gerēdis fecerit. Cuius cā suscepit inimicitias. Qua fide: beniuolētia officio gesserit amicitias. Si īterierit: cuiusmōi mors fuerit: & qua cā: an pro patria pugnans obierit. Cuiusmodi res mortē eius sit consecuta. Si certamina in eius honorē sunt celebrata: quō Patroclo ab achille & anchisæ: ab ænea. Vel ignominia cōsecuta sit: ut Melio: cuius domus solo ęquata.

A Corporis commodis Laus.

A Corporis commodis: A natura in laude: si sit dignitas atq; forma: laudi fuisse eam: non quemadmodum cæteris infamiæ atq; dedecori dicēus. Si uires atq; uelocitas egregia: hōestis hæc exercitatiōibus & industriis comparata. Si ualitudo ppetua: diligentia & tēperātia cupiditatum. Vnde Cyrus apud Xenophontem inquit: primum equidem operā do: ne unq̄ saturer. id enim difficile est: & graue. Dein uero per laborē immissa cōsumo: ita enim mihi

uideor & perseuerā :ius bene ualere & robustior effici. In Vituperatiōe: si erunt hæc corpis cōmoda: male his usum dicemus: quæ casu & natura tanq̄ quilibet gladiator ha- buerit. Sin minus erunt: præter formam omnia ipsi9 cul- pa & intemperantia fuisse dicemus.

Ab animo laus.

Ad omnes autem res: quibus Animus hominis maxime cōsideratur: illæ sane quattuor animi uirtutes erunt accō- modādæ. ut si laudabimus aliud quidem iuste aliud forti- ter. aliud hōeste aliud prudēter factū esse dicamus. Si ui- tuperabimus aliud iniuste: aliud Ignaue aliud immode- ste aliud stulte factū eē dicemus. Notādum deniq; est non necesse eē nos omnis has ptes in laudē aut uitupationem trāsferre: ꝓpterea ꝙ sæpe nō incidūt: aut ita tenuiter ut nō sint necessariæ. laudabis itē a professiōibus & disciplina. i: quod officiū ꝓfessus ē: philosophicū uel rhetoricū uel mi- litare. laudabis quoq; a gestis: ut militarē uitā degēs quid in ea gesserit. Laudādum in quibusdā: ꝙ imortalitatem uirtute sint cōsecuti. Aetatis aūt gradus gestorūq; rerum ordinē sequi speciosius est. Vt in primis ānis laudetur in- doles & pudicitia. In adolescentia uero mores. studia. di- sciplinæ. Post hoc opeꝝ idest factoꝝ dictorūq; cōtextus. Et sciās gratiora esse audiētibus: quæ solus quis aut pri- mus: aut certe cū paucis fecisse dicetur. Afferunt laudē li- beri parentib9: Vrbes cōditorib9: leges latoribus: Inuē- torib9 artes. nec nō īstituta quoq; autorib9: ut a Nūa tra- ditū deos colere. Qui oīs ēt in uitupatiōe ordo constabit tātū in diuersum. Et qa sit quædā uirtutib9 aut uitiis uici- nias: utendū proxima deriuatiōe uerborum præcipiūt:

út pro temerario forte. pro prodigo liberalem. pro auaro parcum uocemus.

Funebris oratio.

Funebris auté oratio defunctos satis laudet: supstites benigne mõeat. Filios eorũ fratresq; ad uirtutis ipsorũ imitationẽ hortetur: Parentes uero & maiores alios siqui supersunt cõsoletur. Ante oĩa generosam illorũ stirpẽ laudemus. Deinde educationẽ & disciplinã. Postremo narremus ita ab eis fuisse res gestas: ut maxime decebat eos: qui essent ex talibus oriundi: funebres ãt cõciones tristes: ac summissæ erunt.

Comparationes in laude.

Maximã uero occasionem in huiusmõi oratióibus suppeditant Cõparationes: quas quidẽ pones quo in loco tẽp9 admõeat. oportet enĩ & cæterorũ iuuenũ uel uiroꝝ præclara facinora colligẽdo cõferre: & huius quem laudas lõge illis maiora esse ostendere. Illorum qdem quæ mĩma sunt: huius autem quæ maxima sunt enarrando.

Procedẽtes igitur ꝑ loca laudatióis cõparãus & urbẽ urbi: & genus generi: & uictũ uictui: & ꝓfessionem ꝓfessióib9: & gesta gestis: & ea quæ accidunt extrinsecus: & diuersos mortis modos: & quæ ea sunt consecuta.

Mutorum animalium laus.

Muta quoq; animalia & ab loco in quo nascuntur laudantur & a diis in quoꝝ sunt tutela: ut columba ueneri: equ9 Neptuno dicitur esse consecratus.

Rerum laudes.

Res ãt laudẽ ab inuẽtorib9 accipiũt: ut uenationẽ diana iuenit. Arbores & a loco in quo gignũtur: & ab deo in cui9

sunt tutela laudātur: ut oliua mineruæ: laur9 apollinis.

Vrbium laus.

Laudātur ā urbes similiter atq; homines: nā pro parente ē cōditor: & multum auctoritatis affert uetustas. Illa pro-pria quæ ex loci positiōe ac munitiōe sunt: In quib9 speciē ac utilitatem intuemur. Species maritimis planis amœ-nis. Vtilitas salubrib9 fertilib9 erit. Ciuitati præterea cō-modo talia quædā sunt: Cōcordia. uires. ad bellū pecūiæ & puentuum copię. sociorum uirt9 atq; multitudo: quę uero his contraria sunt: Inutilia.

Operum laus.

Laus etiā operum est: in quibus honor. utilitas. pulchri-tudo. auctor spectari solet. Honor: ut in tēplis. Vtilitas: in muris. pulchritudo uel autor utrobiq; est.

De Memoria. Tit. xiii.

m Emoria ē firma animi rerum uerborū dispositiōis perceptio: Cuius facultatem fouet exercitatio le-ctionis & iteratio atq; repetitio frequens. Mēoriæ uirtus est duplex: facile percipere & fideliter cōtinere. Est autem prudentię pars Memoria: Nam prudentiæ: quę ē rerum bonarum & malarū scientia. Partes sunt: Memo-ria. Intelligentia. Prouidentia. Memoria est per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Intelligentia est: p quā animus ea perspicit: quæ sunt. Prouidentia uero est: per quam futurum aliquid uidetur ante q̄ factū est: quæ om-nia Cicero lib. . ii. rhe. scribit. Sunt autem duæ Memo-riæ: altera naturalis: altera artificiosa. Naturalis est ea: quæ nostris animis insita est: & sine multa cogitatione nata. Artificiosa uero est ea: quam confirmat inductio

quædam & ratio præceptionis. De Memoria Cicero li.i. de oratore sic ait. Quid dicam de thesauro rerum mēoria? quæ nisi custos inuētis cogitatisq; uerbis & rebus adhibeatur: intelligimus omnia: ēt si præclarissima fuerint: in oratore pitura. Et ut Fabius li.xi.docet. Omnis disciplina mēoria cōstat: frustraq; docemur: si quicquid audimus præterfluat. Simonides chius (ut. M. Tullius li.ii. de oratore meminit) primus artē mēoriæ protulit. dicūt enī cū cœnaret Cranone in thessalia Simonidis apud Scopam fortunatū hominē & nobilē: cecinissetq; id carmen: quod ī eum scripsisset: in quo multa ornādi cā poetarum more ī Castorē & Pollucē fuissent: nimis illū sordide Simonidi dixisse: se dimidium eius ei quod pactus eēt pro illo carmine datu℞: reliquū a suis tyndaridis: quos æque laudasset: peteret: si ei uideretur. Paulo p9 esse ferūt nūtiatum Simonidi ut prodiret: Iuuenes stare ad ianuam duos quosdā: qui eum magnopere uocarēt. surrexisse illum ipsum: ꝓdiisse: uidisse neminē. hoc interim spatio cōclaue illd ubi epularetur Scopas cōcidisse ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse. quos quum humare uellent sui: nec possent obtritos īternoscere ullo mō: Simonides dicitur ex eo ꝙ meminisset: quo eo℞ loco qsq; cubuisset: demōstratorē uniuscuiusq; sepeliēdi fuisse: hac tū readmonitus inuenisse fertur ordinē esse maxime qui mēoriæ lumen afferret. Nā qui recte diuiserit nunꝗ poterit in rerū ordine errare. Itaq; his qui hāc partem ingenii exercent: locos esse capiendos: & ea quæ maxime memoria tenere uelint effingenda animo: atq; in iis locis collocanda sic fore: ut ordinem rerum locorum ordo seruaret. Res autē ipsas

rerum effigies notaret: atq; ut locis ꝓ cæra seu charta: Simulacris ꝓ litteris uterẽtur. Cõstat igitur artificiosa mẽoria ex locis & imaginib9. Locos appellãus eos: qui natura aut mãu sunt absoluti: ut ædes. intercolũnia. ãgulum. fornicem: & alia quæ his similia sunt. Imagines sunt formæ quædã: & notæ & simulacra eius rei: quã meminisse uolumus: quod genus leonis aquilæ memoriã si uolem9 habere: imagĩes eoꝵ certis in locis collocare nos oportebit. Animaduertẽdũq; ẽ q neq; tã acri memoria ullus est ut nõ dispositis notatisq; rebus ordinẽ uerboꝵ atq; sentẽtiarum cõplectatur. Neq; uero tã hebeti: ut nihil a cõsuetudine & exercitatiõe adiuuetur. Industria. n. studio. labore. diligẽtia firmatur mẽoria. Nunq̃ sit igitur q̃n aliq̃d mẽoriæ tradere uelimus. In oratore quippe (ut. M. Tullius li. i. de orato. scribit) Acumen dialecticoꝵ: sententia philosophorũ: uerba ꝓpe poetarum. Memoria iurisconsultorum. uox tragœdorum: gest9 pene summoꝵ actorum est requirẽdus. Cæterũ quoniã ediscenti scribentiq; plurimũ cõfert bona ualitudo: tẽperatusq; cibus: nam ne mente quidẽ recte uti possumus multo cibo & potiõe cõpleti: memoriaq; humidis & frigidis non parꝵ offenditur: Corpus ipsum supfluitatibus careat: hic die quoq; fiat ægestio. Vina præterea magna fugiãtur. hoĩs enim mẽtem mutant: furoremq; gignunt: rerũq; oĩum obliuionem & mortem memoriæ. ut latius Plini9 li. xiiii. scribit. Proderit aũt diebus aliquot uino abstinere: & aqua potius Sacari uti. Vnde Plato li. ii. de legibus ita scribit. Sed multo magis q̃ cretensium lacedæmoniorũq; usum Carthaginẽsium legem ꝓbarẽ. ut nunq̃ in castris quisq̃ gustare uinũ

audcat: sed toto illo tẽpore aqua bibatur: & ĩ ciuitate nũ-
q̃ uini usum seruo uel seruę concederẽ. Sed nec magistra-
tibus toto eo tẽpore: quo magistratu fungũtur guberna-
tores etiã atq̃ iudices munus suũ subituros a uino pẽitus
ꝓhiberẽ. Deliberaturos quoq̃ de rebus nõ oĩo negligen-
dis: Ac nulli penitus interdiu uinũ cõcederẽ: nisi exercita-
tionis corpeæ: morborũq̃ causa hoc potu opus fuerit. ne-
q̃ etiã nocte uiro uel mulieri quãdo liberis operã dare uo-
lunt. plura ẽt referri possent: in quib9 homines legis rectæ
mentisq̃ cõpotes uino abstinerẽt: hæc Plato & Gellius li.
x. c. xiiii. refert Romulũ ad cœnam uocatum ibi nõ mul-
tum bibisse: quia postridie negocium haberet. Apuleius-
q̃ li. iiii. floridoꝝ scribit: Sapiẽtis uiri super mẽsam cele-
bre dictũ esse: primã craterã ad secũdã ꝑtinere: an ad hila-
ritatem. Tertiã ad uoluptatẽ. Quartam ad insaniam.

De pronuntiatione Tit. xiiii.

P Ronuntiatio: quæ a. M. Tullio Actio dicitur ẽ uo-
cis. uultus. gestus. moderatio tẽperantia ue cum ue-
nustate: id est decoro. dignitate. gratia & uenere. Di-
uiditur igitur pronuntiatio in uocis figurã & corpis mo-
tum. Altera uero aures: alter oculos mouet: per quos du-
os sensus omnis ad animum penetrat affectus. Actio ãt)
ut Cicero li. iii. de oratore inquit) in dicẽdo una domina-
tur: sine hac summus orator esse in numero nullo potest.
Mediocris hac istructus summos sæpe superat: huic pri-
mum locum dedisse Demosthenes dicitur: quũ rogare-
tur q̃d in dicẽdo eẽt potissimũ: huic secũdũ: huic tertiũ.

De figura uocis.

Figura uocis est: quæ suum qnendam possidet habitū rōne & industria cōparatū. Ea diuiditur in tris partes: Magnitudinem. Firmitudinem. Mollitudinem. Magnitudinē uocis & firmitudinē maxime comparat natura: non nihil auget: sed maxime conseruat accuratio: exercitatioq; declamatiōis. Mollitudinem uocis: hoc est ut eam torquere pro nostro commodo possimus: maxime faciet exercitatio declamationis.

De Vocis firmitudine.

Firmam poterimus in dicendo uocem conseruare: si q̄ maxime sedata & depressa uoce principia dicemus: nō tamē infima & inaudita: sed quæ possit pedetentim augeri. Læduntur arteriæ: si antequam uox bene permulsa est: acri clamore complentur. Et interuallis longioribus uti conuēiet. recreatur enim spiritu uox: & arteriæ conticēdo requiescunt. Cōtinuumq; clamorem emittere: & ad sermonem redire oportet pariter. Commutationes enim faciūt ut nullo genere uocis effuso in omni uoce integri sim9. Et acutas uocis exclamationes uitare debemus: ictus. n. fit: & uulnerantur arteriæ acuta atq; extenuata nimis acclamatione. Et si quis splendor est uocis: consumitur uno clamore uniuersus. At uno spiritu cōtinenter multa dicete conuenit in extrema oratione fauces enim calefiunt: & arterię complentur. Et uox: quæ uarie tractata est reducitur in sonū quēdā æquabilē atq; cōstātē. Cōseruat uocē cōtinui clamoris remissio: Auditorēq; maxie delectat uarietas. Et sermōe. i. ꝓnūtiationis suauitatę animū eius

retinet & exuscitat clamore. Acuta exclamatio uocem & fauces uulnerat: eadē lædit auditorē. habet enim quiddā illiberale: & ad muliebrē potius uociferationē q̄ ad uirilē dignitatē in dicēdo accōmodatum. Ornata est ꝓnūtiatio cui suffragatur uox facilis. magna. beata. i. pleā & pfecta. flexibilis. firma. dulcis. durabilis. clara. pura. secans aera. auribus sedēs. Vox aūt ultra uires urgenda nō est: nam & suffocatur sæpe: & maiore nisu minus clara ē. Et interim elisa in illū sonum erūpit: cui græci nomē ab gallorū īmaturo cātu ꝺderūt. Nec uoulbilitate nimia cōfundēda quæ dicimus: promptum sit os nō præceps. nihil. n. ordinatū est: quod præcipitatur & ꝓperat: itaq; uis illa dicēdi rapida atq; abūdās (ut Seneca inquit) aptior est circulanti: q̄ agēti rem magnā ac seriā: docētiqꝫ. Quid ꝙ ne uoluptatem quidē ullā habet talis uerborū sine delectu ruentium strepitus? Vnde queādmodū sapiēti uiro incessus modestior cōuenit: ita oratio pressa non audax. Ponenda igitur uerba sunt: nō proiicienda: & pedetētim procedendum. Tamen moderatum sit os non lentum: Nec enim stillare nec currere orator debet. Nam illa quoq; inopia & exilitas minus intentum auditorem habet tædio interruptæ tarditatis. quæ res & difficultatē inueniendi fatetur: & segnitia soluit animos. Spiritus quoq; nec crebro recept9 cōcidat sententiam. nec eousq; trahatur donec deficiat. nam & deformis est consumpti illius sonus: quare longiorē dicturis periodum colligendus est spiritus aliq̄tisper.

De motu Corporis.

Motus Corporis est gestus & uultus moderatio quædam: quæ pronuntianti cōuenit: & probabiliora reddit ea quæ

ꝓnuntiantur. Conuenit igitur in uultū pudorem & acrimoniam eſſe. Decor quoq; a geſtu atq; motu uenit: ideoq; Demoſthenes grande quoddam ſpeculum intuens componere actionem ſolebat.

Caput.

Præcipuum uero in actione ſicut in corpore ipſo Caput ē: ſit itaq; rectum & ſecūdum naturam: nam deiecto humilitas: ſupino arrogantia: in latus inclinato lāgor. prædu ro ac rigente barbaria quædam mentis oſtenditur. Tum accipiat aptos ex ipſa actione motus: ut cum geſtu concordet: & manibus ac lateribus obſequatur. Aſpect9 .n. ſemper eodē uertitur quo geſtus: exceptis quæ aut dānare aut cōcedere aut a nobis rēouere oportebit. ut idē illđ uultu uideāur auerſari: manu repellere. ut Dii talē terris auertite peſtē. Haud eq̄dē tali me dignor honore. Significat uero caput ipſum plurimis modis: nā pręter annuēdi renuēdi cōfirmādiq; mot9: ſunt & uerecundiæ & dubitatiōis & admiratiōis & īdignatiōis noti & cōes oīb9. Sed frequens eius nutus non caret uitio: nam id iactare & comas excutiendo rotare phanaticum eſt.

Vultus.

Dominatur āt maxīe uultus. hoc ſupplices. hoc minaces. hoc blādi. hoc triſtes. hoc hilares. hoc erecti. hoc ſummiſſi ſumus. hoc pēdent hoīes. hūc intuētur: hūc ſpectāt etiā ante q̄ dicāus. hoc quoſdā amāus. hoc odimus. hoc plurima ītelligimus. hic ē ſæpe ꝓ oībus uerbis. Itaq; ī his quæ ad ſcænā cōponūtur fabulis artifices pronūtiādi a pſonis quoq; affectus mutuātur. ut ſit Niobe ī tragœdia triſtis: atrox medæa. attonitus aiax. truculentus hercules.

Oculi.

Sed in ipso uultu plurimum ualent oculi: per quos maxi-
me animus emanat: ut citra motũ quoq; & hilaritate eni-
tescant: & tristitiæ quoddam nubilum ducant. quin etiã
lachrymas iis natura mẽtis indices dedit: quæ aut erum-
punt dolore: aut lætitia manant. Motu uero intenti re-
missi. superbi. torui. mites. asperi. languidi. mobiles fiũt
quæ ut actus poposcerit fingentur. Nam aptos cõpressos
ue eos ĩ dicẽdo qs nisi plãe rudis & stultus habeat?

Supercilia.

Multum & superciliis agitur: nam & oculos formant ali-
quatenus: & fronti ĩpant. Vitium in superciliis: si aut i-
mota sunt omnino: aut nimium mobilia. Ira autem con-
tractis: Tristitia deductis: hilaritas remissis ostenditur.
Annuendi quoq; renuendiue ratione demittũtur: aut al-
leuantur.

Nares. Labra.

Nariũ freqũes emunctio reprehenditur: labra male porri-
guntur. scinduntur. astringuntur. diducuntur. & dente
nudant. & in latus ac pene ad aurem trahuntur. replican
tur: pendent. Lambere quoq; ea & mordere deforme est:
Cum etiam in efficiendis uerbis modicus esse eorum de
beat motus. ore enim magis q̃ labris loquendum est.

Ceruix. Collum.

Ceruicẽ erectã oportet eẽ: non rigidã aut supinã. Collũ di
uersa: sed pari deformitate cõtrahitur & tenditur. Sed t
so subest & labor: tenuaturq; uox ac fatigatur. Affixũ p
ctori mẽtũ minꝰ clarã: & quasi latiorẽ presso guttur faci

Humeri. Brachia. Manus.

Humerorum raro decēs alleuatio atq; cōtractio ē. Brachii moderata ꝓiectio. Mãus uero sine quibus trūca eēt actio ac debilis uix dici pōt quot motus hēant: cum pene ipsam uerboꝝ copiā ꝓsequātur. Solent itaq; iter alios gestus ad se manū referre: quū de se ipsis loquuntur: & in eū quē demonstrent intendere. Manus cum sensu incipiat: & deponatur: alioqui aut ante uocē erit gestus: aut post uocem: quod est utrūq; deforme.

Pectus. Venter. Latera.

Pectus ac uenter ne ꝓiiciātur obseruādū. pādūt. n. posteriora: & ē odiosa oīs supinitas. Latera cū gestu cōsentiāt. facit enim aliquid & totius corpis motus: adeo ut Cicero plus illo agi q̄ manibus ipsis putet.

Pedes.

In pedibus obseruētur Stat9 & Incessus: ꝓlato dextro stare: & eādē manū ac pedē proferre deforme est. In dextrū ꝓcumbere interim datur: sed æquo pectore. Male etiā in sinistrū pedē insistentiū dexter aut tollitur: aut sūmis digitis suspēditur. Pedis supplosio in loco ē oportūa. Est & illa idecora in dextrum ac leuum latus uacillatio alternis pedibus insistentium. Reprehendenda est & illa frequēs concitataq; in utranq; partem mutatio.

Gratiarum Actio.

In laudatiōib9 nisi funebres erūt. graꝝ actio læta & magnifica & sublimis erit. Funebres cōciōes tristes ac summissę.

Pronuntiationis tres effectus.

Tria autē præstare debet ꝓnuntiatio. Conciliet. ꝑsuadeat. moueat. Cōciliatio fere aut commendatiōe moꝝ: q̄ nescio quomō ex uoce ēt atq; actiōe plucēt. Aut orōnis suauitate

constat. Persuadendi uis affirmatione: quæ interim plus ipsis probationibus ualet. Mouendi autem est ratio aut in representandis aut imitandis affectibus.

Dicendi Initium.

Quum aliquis dicere de cã iusserit: leuiter cõsurgẽdum: tũ in cõponẽda toga: uel si necesse erit etiã ex integro iniiciẽda: Paulũ est cõmorandũ ut & amictus sit decẽtior: & aliquid spatii ad cogitãdũ. Nõ enim ꝓtin⁹ est erũpendum: sed dãda breuis cogitationi mora. Mire nanq; auditurum dicturi cura delectat: seq; ẽt ipse componit. hoc præcipit Homerus Vlyssis exẽplo: quẽ stetisse oculis in terrã defixis imotoq; sceptro: priusq̃ illã eloquentiæ ꝓcellã effunderet ait. In hac cũctatiõe sunt quædã nõ indecẽtes moræ. Caput mulcere: manũ intueri. ĩfrigere articulos. simulare conatũ: suspiratione sollicitudinem fateri.

Status.

Status sit rectus: æqui & diducti paulũ pedes: uel ꝓcedẽs minimo momẽto sinister: Genua recta: sic tamẽ ut nõ extendãtur. humeri remissi. Vult⁹ seuerus nõ mœstus: nec stupẽs: nec lãguid⁹. Brachia ab latere modice rẽota. Dextra quũ iã incipiẽdũ erit paulũ prolata ultra sinum. Vitiosum est intueri lacunaria: perfricare faciem: Vultum quo sit magis toru⁹ superciliis astringere. Capillos a frõte cõtra naturã retro agere. Demum norit se q́sq;: nec tãtũ ex cõmunibus præceptis: sed etiam natura sua capiat cõsilium formandæ actionis.

Discendum esse. Tit. xv.

q Vid autem stultius est (īquit Seneca ad Luciliũ epistola. lxxvii.) q̃ qa diu nõ didiceris: nõ discere? Om-

nis ætatis hoies hæc schola admittit. In hoc senescamus: & iuuenes sequãur. in theatr℞ senex ibo: & in circum defe-rar: & nullũ par sine me depugnabit: ad philosophum ire erubescã? Tamdiu discendũ est: q̃diu nescias: si ꝓuerbio ctedimꝰ q̃diu uiuas. Et epistola. I. ait. Dociles natura nos edidit: & rõnẽ dedit imꝑfectam. sed quæ ꝑfici possit. Epistola uero. Li. sic: Sed nec indurata despero: nihil est quod non expugnet ꝑtinax opera: & intẽta ac diligẽs cura. Itaqꝫ cogẽda est mens: ut incipiat. In epistola. lxxxxv. sic: ꝑs uirtutis disciplĩa cõstat: pars exercitatiõe: & discas oportet: & quod didicisti agendo cõfirmes. Epistola quoqꝫ. vi. sic: Ego uero cupio in te oĩa trãsfundere: & in hoc gaudeo aliquid discere ut doceã. Nec me ulla res delectabit: licet eximia sit & salutaris: quã mihi uni sciturus sum. Quintilianus aũt lib. ii. pueros uult ediscere electos ex oratiõibus uel historiis: alio quoqꝫ genere dignorũ uoluminum locos. Hieronymꝰqꝫ in aureola inq̃t: Cuidã fratri qui hebreis crediderat: me in disciplinã dedi: ut pꝰ Quintiliani acumina: grauitatẽqꝫ frõtonis Ciceronisqꝫ fluuios & lenitatem Plynii Alphabetum discerem: stridentiaqꝫ & ãhelantia uerba meditarer. Quid ibi laboris sũpseri: Quid substinuerim difficultatis: Quotiẽs desperauerim: & cõtentione discendi rursus inceperim. Testis est conscientia tam mea qui passus sum: q̃ eorum qui mecum duxerunt uitam. Et gratias ago domino: qꝫ de amaro semine litterarũ dulces fructus capio. At Horatius in arte poetica sic Cur nescire pudẽs praue q̃ discere malo? Et idem Hieronymus in aureola: Socrates ille thebanus homo quõdam ditissimus: quum ad philosophandum athenas pergeret

magnũ auri põdus abiecit: Nec putauit se simul uirtutes & diuitias possidere posse. Quintilian9 uero li. i. ita scribit: Plato nõ contẽtus disciplinis: quas præstare poterãt athenæ nõ pythagoreoꝝ ad quos in Italiã nauigauerat: Aegypti quoq; sacerdotes adiit: atq; eoꝝ arcana ꝑdidicit. Vtq; Laertius ait: Interrogatus aristoteles quo differrent docti ab indoctis: inquit quo uiuentes a mortuis.

Studendi modus. Tit. xvi.

i N hoc me recondidi & fores clausi (inquit Seneca ad Lucilliũ) ut prodesse pluribus possem. Nullus mihi ꝑ ocium dies exit. partes noctiũ studiis uendico. Nõ uaco somno: sed succũbo: & oculos uigilia fatigatos: cadentesq; in ope detineo. Secessi nõ tantũ ab hoibus: sed ẽt ab rebus: & primũ ab rebus meis. posterorum negocium ago. Illis aliqua quæ possint prodesse conscribo: Epistola autẽ. Cv. sic: Incipio toto animo studere: Non multũ ad hoc locus confert: nisi se sibi pręstat animus. qui se certum & in occupationibus mediis si uolet habebit. Inter studia uersandũ est & inter autores sapientiæ: ut quæsita discãus nondum inuenta quæramus. In epistola. cxxiii. sic: Siqs cũ ipso (ut ita dicam) die surgat: officiosior meliorq; q̃ si quis illũ expectat: & lucem primã exuit. Turpis qui alto sole semisomnis iacet: cuius uigilia in medio die incipit: & adhuc multis hoc ante lucanum est. Catulus deniq; apud Ciceronẽ li. ii. d oratore ait: Gaudeo iudicium animi mei cõprobari: q semper statui: Neminẽ sapientiæ laudem & eloquentiæ sine summo studio & labore & doctrina consequi posse.

Lectio qualis. Tit. xvii.

p Rimum argumentū compositæ mentis (ait Seneca ad Lucilliū Epistola secūda) Existimo posse cōsistere: & secū morari. Illud autē uide: ne ista lectio multorū autorū. & oīs generis uoluminū habeat aliquid uagum & instabile. Certis ingeniis imorari & inutriri oportet: si uelis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Nusq̄ est qui ubiq; est. In pegrinatiōe uitam agentib9 hoc euenit: ut multa hospitia habeant: nullas amicitias. Idem accidat necesse est eis: qui nulli9 se ingenio familiariter applicant: sed oīa cursim & pperāter transmittunt. Non pdest cibus: nec corpori accedit: qui statī sumptus emittitur. Nihil æque sanitatē impedit q̄ remedioꝝ crebra mutatio. Nō conualescit planta: quæ sæpius transfertur. Nihil tā utile ē: quod in transitu psit. distrahit librorū multitudo: Sed modo ēt inquis hunc librum euoluere uolo: modo illū. fastidientis stomachi ē multa degustare: quæ ubi uaria sunt & diuersa: coīquināt nō alūt. Et quū multa pcurreris: unū excerpe: qd' illo die cōcoquas. Hoc ipse quoq; facio: ex pluribus quæ lego aliquid apprehendo. Epistola uero Cētesima nona sic. Illud tamē prius scribā: quemadmodum tibi ista cupiditas discendi: qua flagrare te uideo digerēda sit: ne ipsa impediat. Nec passim carpenda sunt: nec auide inuadenda uniuersa: per partes puenitur ad totum. Aptari onus uiribus debet: nec pl9 occupari q̄ cui sufficere possimus. non quātū uis: sed q̄tum capis hauriēdū est. Quo pl9 recipit aīus hoc se magis laxat. hæc nobis præcipe Attalū memini: quū scholam ei9 obsideremus: & primi ueniremus: & nouissimi exirem9.

Epistola item. xlv. sic: Lectio certa ꝓdest: uaria delectat: Qui quo destinauit peruenire uult: unam sequatur uiã: non per multas uagetur. Nõ ire istud sed errare ẽ. Quintilianus uero li. i. sic: Institutum est ut ab Homero atque Vergilio inciperet puer: q̃quam ad intelligẽdas eorũ uirtutes firmioris iudicio opus est. Sed huic rei superest tempus. neq; enim semel legentur. Vtiles tragœdi. Comœdia æque plurimũ conferre ad eloquentiam potest: Cum per omnes & personas & affectus eat. Est ĩ Tragœdiis uerborum grauitas. in Comœdiis elegantia. Cicero ut mihi q̃dẽ uidetur & iucũdus incipientibus quoq; & aptus est satis. Nec prodesse tãtũ sed amari potest. Lectio imprimis sit uirilis & cũ suauitate quadam grauis. & nõ quidem prosæ similis: quia carmen est. & se poetæ canere testantur. Non tamen in canticum dissoluta. nec plasmate: ut nunc a plerisq; fit effœmiata. De quo genere. C. Cæsarem prætextatum accipimus dixisse: Si cantas male cantas. si legis cãtas. Præterea in lectione demõstrari oportet. puer ut sciat ubi suspendere spiritũ debeat. quo loco uersum distinguere: ubi claudatur sensus. Vnde incipiat. quãdo attollenda uel submittenda sit uox. quid quoq; flexu. quid lẽtius celerius concitatius lenius dicendum.

Discipulorum officium. Tit. xviii.

e T docenti & discenti debet esse propositum (auctore Seneca epistola. C9.) ut ille prodesse uelit: hic ꝓficere. Qui ad philosophorum scholas quottidie uẽit secum aliquid boni ferat. Quidam ueniunt ut audiãt nõ ut discant. Epistola uero. liii. sic. Eligamus eos qui uitam

doceant. qui quũ dixerint quid faciendum sit: probant faciendo. qui docent quid uitandum sit: nec unq̃ in eo quod fugiendum dixerint deprehendũtur. Eum elige adiutorẽ quem magis admireris quũ uideris q̃ quũ audieris. Audiendi autem sunt præceptores. Plynius enim Iunior inq̃t Sed legendi semp occasio est: audiendi non semper. Præterea multo magis ut uulgo dicitur uiua uox afficit: nã licet acriora sint quæ legas: altius tamẽ in animo sedẽt: quæ pronuntiatio uultus habitus gestus etiam dicẽtis affigit. Circunspiciendus autem præceptor est: cuius scholæ seueritas. pudor ĩprimis castitas constet: a quo mores primum: mox eloquentiam discas: quæ quidẽ male sine moribus discitur. Minores autem præceptores: ut & Quintilianus asserit: Minus docent & peius. Erit etiam obscurior quo quisq; deterior. Tradendus igitur puer optimo cuiq; præceptori. Nam apud eum discipuli quoq; melius instituti aut discent quod inutile non sit imitari: aut siq̃d errauerint statim corrigentur. At indoct9 ille etiam probabit fortasse uitiosa. & placere audientibus iudicio suo coget. Hieronymus autem in aureola: Lædit discipulus magistrum si per negligentiam suam præcepta: eiusq; laborẽ disperdat. Nec te ipse doceas. nulla ars absq; magistro discitur: Festino igitur gradu pergamus ad magistros: & eorum teramus limina. Seneca epistola septima: Cum his uersare: qui te meliorem facturi sunt. Quintilianus lib. ii. Plura de officio docentium locutus: discipulos in unum interim moneo: ut præceptores suos non minus q̃ ipsa studia ament. Et parentes esse: non quidem corporum sed mentium credant. Multum hæc pietas cõ-

fert studio: Nam ita & libenter audient: & dictis credent. Ex iudicio praeceptoris Discipulus pendeat: atq; id se dixisse recte quod ab eo probabitur credat. Vultum praeceptoris intueri tam qui audiunt debēt: q̃ ipse qui dicit. ita enim probanda atq; improbanda discernēt. Id autem omne fere Quintilianus a Cicerone mutuatus est. ait enim ille ad filium scribens epistolam: Non minus prȩceptorem amare habes q̃ ipsa studia: Cum ipse alter existat pater: non dico corporum sed mentium multo magis illis excellentium libenter uelis audire & dictis credere: & illi ut similis fias desiderare: & tandem inter alios studentes te laetum & alacrem reddere. Et siquando emēderis nō te irasci. & si lauderis te inde clariorem studio praebere: qa praeceptoris officiū est docere. Discipuli uero est se docilē reddere: quū opus sit. Iuuenalis deniq; satyra septima inquit: Dii maiorum umbris tenuem & sine pondere terrā: Spirantesq; crocos: & in urna perpetuum uer. Qui praeceptorem sancti uoluere parentis Esse loco. Metuens uirgae iam grandis achilles Cantabat patriis in montibus: & cui non tūc Eliceret risum citharoedi cauda magistri. Sed Ruffum atq; alios caedit sua quaeq; iuuentus. Quod quidem ualde nefarium. Vt enim Boetius ait. Non est dign9 scientia: qui scientiae insurgit praeceptori. nec discentis interest probris & contumeliis regētē afficere. hinc Diogenes cynicus (ut Laertius scribit) Athenas profectus: quū Antisthenem conuenisset: Eumq; ille repelleret. quippe ex constituto suo neminem recipiebat. Vicit perseuerātia sua: Illo siquidem aliquando intentante baculum subie-

cto capite cæde inquit. Non enim ita durum baculum reperies: qui me abs te q̃diu aliquid dixeris arcere possit. hic iam auditor illius factus est. Fugienda sunt uitiosorum consortia: pessima nanq; permixtio est studentibus cum dissoluto & improbo. Discipulus uenienti magistro assurgat: Caput inclinet: eumq; si iubeat assequatur. Ferat & secum cædulas ubi lectionū dubia scripta sint & præceptorem interroget. Attentus esse discipulus debeat ad audiendum: Docilis ad intelligendum. Non sit autem scholasticus Discholus: idest a schola discors uel diuers9: ac diuisus. Discholus enim dicitur qui per uicos. plateas coponas. lupanaria. spectacula publica. choreas. conuiuiaq; discurrit. Ante omnia Grammaticæ pręcepta discenda sunt: per eam nanq; studiorum omnium liberalium possessio iucunda redditur. Vnde &. M. Tullius teste etiam Quintiliano Artis grammaticæ diligentissimus fuit. Et in filio (ut in epistolis apparet) Recte loquendi asper quoq; exactor est. nam Grammatica quædam professio est: quę nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit: quicquid superstruxeris corruet. necessaria pueris. iucunda senibus. & quæ uel sola omni studiorum genere plus habeat operis q̃ ostentationis. Hic grãmatices amor & usus lectionis non scholarum temporibus: sed uitæ spatio terminatur: ut idem Quintilianus ait. Rhetoricæ quoq; lepos omnino haberi debet: nã eloquentiæ studiosi: ut Cicero scribit tenere possunt hominū cœtus: mentes allicere: uoluntates impellere quo uelint:

bet: Nam eloquētiæ studiosi ut Cicero scribit tenere pos-
sunt hominū cœtus: mētes allicere: uoluntates impellere
quo uelint: & unde uelint deducere. hac.n. cohortamur.
hac persuademus. hac consolamur afflictos. hac cupidi-
tates iracundiasq3 restinguimus. hæc nos urbiū societate
deuinxit. hæc a uita immani & fera hoies segregauit. Ni-
hil enim admirabilius q̄ res splēdore illustrata uerborum
sententiarūq3. Prudētis quoq3 discipuli est sodalē habere:
nubila nanq3 existēte fortuna diligēter eū fouebit. Vrgē-
teq3 morbo sedulū se exhibebit. Optimæ ualitudis tēpo-
re libellis uicissim gaudebunt: & iocis quibusdā: plurimū
deniq3 alter alteri conferet. Pecūia parce impēdi debet: il-
la quippe deficiente ipsam nō sine pudore patriā repetere
opus eēt. Q uidā uero habendi quos doceas: alios nanq3
docere est ꝓprie facultati indulgere: ut Boetius asserit: hic
Seneca etiā epistola. yii. īquit. Cū his uersare qui te melio-
rē facturi sunt: Illos admitte quos tu potes facere melio-
res. Mutuo ista fiunt: & hoies dū docent discunt. Præte-
rea nō debet discipul9 magistro præsente licet summa fa-
miliaritate cōiuctus nisi iussus quid dicere. Q ui enī mo-
deratur labia sua prudētissimus est: ut Sapiens ait. Hinc
Zeno phūs Inepta plurima loquēti adolescētulo iccirco
inquit: aures habēus duas: & os unū ut plura audiamus:
loquamur pauca. Nēo autē stultus tacere potest: ut So-
lon ait. Et Sapiens inquit: Stultus quoq3 si tacuerit sapiēs
reputabitur. & si cōpresserit labia sua ītelligēs. Velit āt di-
scipulus ac debet ubicunq3 præceptoris laudes referre: sic
enim & præceptori & audiētibus gratior fiet.

i Llos admitte quos tu potes facere meliores inqt Seneca epistola. vii. Lædit enim discipulus magistrum ut ait Hieronymus: Si per negligentiam suam præcepta eiusq; laborem disperdat: utq; docet Quintilian9: Sterilia nullo labore uincuntur. Hinc Pythagoras (teste Gellio li. i.) Deinceps familia successionis eius a pricipio adolescentes: qui sese ad discendum obtulerant per naturæ indicia pensiculabat. i. mores naturasq; hominum cõiectatione quadam de oris & uultus ingenio. deq; totius corporis filo atq; habitu sciscitabatur: Tum qui exploratus ab eo idoneusq; fuerat: recipi in disciplinam statim iubebat. Hieronym9 præterea ĩ aureola sic: Magister quoq; discipulũ corripit: quem ardẽtioris cernit ingenii. nam medicus si curare cessauerit desperat. Sed ne glorieris: q̃ multos discipulos habeas. filius dei docuit ĩ iudæa &. xii. tantum apostoli illum sequebantur. phariseorum autem doctrinæ omnis populus applaudebat. Nullius personã accipias: q̃tũcunq; sit potẽs uel nobilis. si peccauerit corripe eum. Vera enim amicitia: quæ sentit dissimulare non debet. Sicut uictoria domini triumphus seruorũ: sic magistri eruditio discipulorum profectus. nisi eni caput sanum sit omnia mẽbra erunt in uitio. Loquuntur quæ nesciunt. docent quæ non didicerunt. Magistri fiunt cũ discipuli ante non fuerint. Sed nec ad scribendum cito prosilias: & leui ducaris insania. multoq; tempore disce quod doceas. Conuersatione tua magis q̃ sermone proficiant. Reuera nihil fœdius præceptore furioso: qui dũ debeat eẽ mãsuetus & eruditus: econtra torto uultu tremẽtib9 la-

biis rugata fronte. effrenatis cōuiciis facie īter pallorē: ruboréq; uariata clamor̄ perstrepit. & errātes nō tā ad bonū trahit: q̄ ad malū sæuitia sua præcipitat. Quintilian9 uero li. ii. Maior adhibenda tamē cura ē: ut teneriores ānos ab iniuria sanctitas docētis custodiat: & ferociores ab licentia grauitas deterreat. Sumat igitur ante omnia parētis erga discipulos suos animū: ac succedere se in eoꝝ locū a quibus liberi sibi tradātur existimet. Ipse nec habeat uitia: nec ferat. Non austeritas eius tristis. nō dissoluta comitas: ne inde odium: hinc contēptus oriatur. Plurimus ei de hōesto ac bono sermo sit: nam quo sæpius monuerit: hoc rarius castigabit: Minime iracūdus: nec tamē eorum quæ emendanda erunt dissimulator. Simplex in docēdo patiens laboris: assiduus potius q̄ īmodicus. Interrogātibus libēter respondeat: nō interrogātes percontetur. In emendādo quæ corrigēda erunt nō acerb9: minimeq; cōtumeliosus. nam id quidem multos a ꝓposito studendi fugat: q̄ quidam sic obiurgant quasi oderint. Ipse aliquid immo multa quottidie dicat: quæ secū auditores referāt. licet enim satis exēplariorum ad imitandū ex lectiōe suppeditet. tamē uiua illa ut dicitur uox alit plēi9. præcipueq; eius præceptoris: quem discipuli si modo recte sunt instituti & amant & uerētur. Vix aūt dici pōt: q̄to libētius imitemur eos: quibus fauemus. Sed se quoq; præceptores intēte ac modeste audiri uelint. Pueros adolescētibus ꝑmixtos sedere non placet mihi. nā ēt si uir talis (qualē eē oportet) studiis moribusq; prępositꝰ modestā haber̄ pōt etiā iuuētutē: tamē uel īfirmitas a robustiorib9 separāda ē. & carēdū nō solū crimine turpitudinis: uerum ēt su-

ſpicione. At ſiquis eſt qui flagitia mãifeſta in eligendo filii
prçceptore nõ uitet. Iã huic ſciat cætera quoqꝫ: quçad uti-
litatem iuuentutis compõere conamur eſſe ſibi hac parte
omiſſa ſuperuacua. Iucundus tũ maxime debet eſſe præ-
ceptor: ut qui natura ſũt aſperi molli manu leniãtur. lau-
dare aliqua: ferre quçdã. Facto ſilẽtio unũ aliquẽ (qđ ip-
ſum impari per uices optimũ ẽ) cõſtituere lectorem: ut
protinꝰ pronũtiatiõi quoqꝫ aſſueſcãt. Præceptor frequẽ-
ter interrogare debet: & iudicium diſcipulorum experiri:
nam quid aliud agimus docendo eos: q̃ ne ſemper docẽ-
di ſint. Imbecillibus tamen ingeniis ſane ſic obſequendũ
ſit: ut tantum in id quod uocat natura ducãtur. ita enim:
qđ ſolũ poſſunt melius efficient. Nullum præterea ma-
giſter expectare ultra debiti temporis ſpatium debet. Ille
enim deſidior fieret: ſecus autem maturius feſtinabit. Et
licet in ſcholis rigidus eſſe debeat: ingreſſu tamẽ affabilis
erit. Pueris uultũ benignũ præbeat. pentibuſqꝫ eoꝝ beni-
gniorem affatum: docendiqꝫ aditum ſpondeat benigniſ-
ſimum. ſic enim non ſolum puerorum corda mulcebit:
uerum etiam a parentibus pecuniam facilius exiget. nam
ut Cicero in officiis ait: Difficile dictu eſt quantopere cõ-
ciliet animos comitas: affabilitaſqꝫ ſermõis. Ludẽdi ſpa-
tium tempeſtiue concedat. nam relaxare animi: & dare ſe
iucunditati uolunt: Monendiqꝫ tamen caueant intempe-
rantiam: meminerintqꝫ uerecundiæ: ne uoluptate elati:
in aliquam turpitudinem dilabantur. Molles cau-
te eiiciat: ne cæteri quoqꝫ inficiantur. nam alter alterum
in uitia trudimus: inquit Seneca: Malignuſque comes:
quanuis candido: & ſimplici rubiginem ſuam affricuit.

Vnumq; exemplum luxuriæ multum mali facit. Socrati. Platoni & Lælio excutere mētem suam dissimilis multitudo potuisset. Nos enim ipsi: teste philosopho: Quia magis ad uoluptates procliui sumus. iccirco facilius ad intemperantiam: q̄ ad modestiam inclinamur.

Præceptoris Contubernium utile esse; Tit. xx.

Z Enonem Cleantes (inquit Seneca epistola. vi.) non expressisset: si eum tantummodo audiisset. uitæ ei9 interfuit: secreta perspexit. obseruauit illum: an ex formula sua uiueret. Plato & Aristoteles & omnis in diuersum itura sapientium turba plus ex moribus q̄ ex uerbis Socratis traxit. Methrodoꝝ & Hermarchum: & Polienum magnos uiros non schola Epicuri: sed cōtuberniū fecit. Boetius quoq; discipulos admōet: si possint cū præceptore cohabitent. magis enim ita castigātur: eumq; sæpius interrogare poterunt. Et Hieronymus in aureola īquit: Nec te ipse doceas. nulla ars absq; magistro discitur. Festio igitur gradu pergamus ad magistros: & eorū teramus limia. Seneca idem epistola. vii. Cum his uersare: q te meliorem facturi sunt. Marcus Tullius in Lælio. Ego autem a patre: ita eram deductus ad Scæuolam: sumpta uirili toga: ut quoad possem & liceret a senis latere nūquā discederem. Itaq; multa ab eo prudenter disputata: multa etiam breuiter & commode dicta mēoriæ mandabā. fieriq; studebam eius prudentia doctior.

VOCVM Proprietas. Tit.xxi.

Ex Donato.

Omonyma dicuntur quæ una appellatione plura significāt. Vt nepos: Acies.
Synonyma: uel polyonyma dicūtur plura idem significantia. Vt terra: humus: tellus: ensis: mucro gladius.
Alter de duobus dicitur.
Alius de multis.
Quis & hic pnoīa ꝑpositiua sunt.
Is & Idem subiunctiua.
Hic hæc hoc demonstratiuum est notat enim rem præsentem.
Is: ea: id: relatiuū ē: nam rem absentem significat.
Ad amicum uado.
Apud amicum sum.
Forma īmobilis est: & naturalis.
Vultus mouetur: & fingitur. Ter. in and. forma & uultu Sosia adeo modesto: adeo uenusto: ut nihil supra.
Modestus ad probitatem uultus: & morū pertinet.
Venustus ad naturam corporis.
Damnum rei est.
Malum ipsius homis. Ter. in and. quid facias illli: qui dederit damnum aut malum.
Segnitia ad agendum dicitur.
Secordia ad considerandū. Ter. in and. Nihil loci ē segnitiæ neqꝫ secordiæ.
Exanimatus est perturbatus.
Exanimus mortuus dicitur.
Solicitudo est quæ inhæret mētibus
Solicitatio quæ ab alio fit
Oramus quæ bona sunt.
Supplicamus in aduersis: uel cum lachrymis.
Expectamus tā bona ꝗ̄ mala.
Speramus bona.
Coram ad certas ꝑsonas refertur.
Palam ad omnes. Coram indiget adiectiōe. palam nō indiget. nam generaliter dicitur.
Dispicere ē disquirere cōsiliū. Ter. in and. Iam aliqd dispiciam
Despicere deorsum aspicere.
Amicus animi est.
Amator uero corporis.
Confidentia interdū in bona significatione: interdum in mala ponitur.
Fiducia uero semper in bona.
Gaudemus nostris.
Gratulamur alienis.
Sempiternum ad deos.
Perpetuum proprie ad homies ptinet.
Prudens est q intelligentia sua aliqd sentit.
Sciens q alicuius indicio rē cognoscit. ergo prudens per se: Sciens p alios. Ter. in eu. Et prudēs & sciēs Viuus: uidensqꝫ pereo.
Falsum est fictum mendacium: simile ueritati.
Vanū nec possibile: nec uerisimile. Terē. in eu. Sin falsum: aut uanū: aut fictum est.
Falsum loq mendacis est: Fictū callidi. Vanum stulti.
Falsis decipimur. Fictis dlectamur Vana contemnimus.
Expectatio certorū est.

Spes uero incertorum.
Expectatio propinquarum rerum.
Spes longinquarum.
Expectatio destinat tempus.
Spes nõ destinat.
Ducitur quis ad supplicium.
Deducitur in letitiam.
Cura mentis. Curatio medicinæ.
Abducimur unde nolumus.
Ducimur quo uolumus.
Oscula officiorum sũt.
Basia pudicorũ affectuũ.
Suauia libidinũ uel amorum.
Prædicamus ut res sunt.
Laudamus extollimus. Ter. In eu. prædicem. aut laudem:
Statura corpori ascribitur.
Status ad habitũ refertur ergo Status est scænici: Statura longitudo corporis.
Putamus instantia
Reputamus præterita:
Credere dubitantis est.
Certum esse fidentis.
Tacemus consilia.
Reticemus dolores.
Obticemus quorũ nos pudet.
Commendamus nos cognitis
Committimus ignotis. Ter. In eu. Ego me tuæ cõmendo: & cõmitto fidei.
Inuenire sapientis est.
Incipere audacis.
Perficere constantis.
Consilium animi est.
Factũ corporis.
Successus fortunæ: hec tria sunt in hominum uita.
Festiuitas in dictis.
Facilitas uero ĩ animo & factis.

Donum diis datur. Munus hominibus.
Præmium uiris fortibus.
Donum uolũtarium est.
Præmium debetur.
Munus tam ante factum q̃ post factum datur.
Præmium nõ nisi post factum ẽ.
Insulsus sine sale & sapientia: aut sine saltu.
Fatuus inepta loquens.
Insulsus est corde & animo.
Fatuus uerbis & dictis. Te. ĩ eu. fatuus est: Insulsus: tardus.
Iũs est quod omnia recta & ĩflexibilia exigit.
Aeqtas est: quæ de iure multũ remittit.
Ducimus uolentes
Abducimus inuitos.
Orare est placidos petere.
Obsecrare iratos rogare. Ter. in adel. Venit ipsus ultro lachrymãs orans: obsecrans.
Torquemus hominem.
Extorquemus ueritatem.
Obnuntiat q malã rem nuntiat. Nã proprie obnũtiare dicuntur augures q aliqd mali ominis: sæuumq uiderint.
Annuntiat q bonam rem nuntiat.
Erratio est pecudum.
Error animi est: & loci ĩ quo errat.
Circumspicimus præsentia.
Prospicimus futura.
Ira ex causa est.
Iracũdia ex uitio multũ irascentis.
Ridet q simpliciter ridet.
Deridet q cũ alterius irrisiõe & cõtemptu ridet.

Clæmens animo est.
Placidus uultu.
Clæmentis est nullũ ledere.
Placidi est arridere omnibus.
Tristis animo dicitur.
Truculentus uultu.
Tristis q dolet.
Truculentus q terret.
Adiutores in re bona dicũtur.
Impulsores ĩ re mala.
Fidus est amicus.
Fidelis est seruus.
Fidi in maximis.
Fideles in minoribus negociis.
Metuimus eos: q nos amant.
Timemus etiã inimicos.
Sapis a: sapientia.
Ineptis ab ineptia dicit̃.
Orator est dum rogat.
Exorator quũ impetrauerit. est ẽt orator: cui causa defendenda mãdatur.
Monemus consilio.
Hortamur impulsu.
Agere est aliquid uel necessariũ facere.
Agitare uolũtarium.
In rem: In utilitatem.
Ab re: cõtra utilitatem. Ter. in hecyra. Ita dii deæq; faxint: si in rem est Bacchidis.
Expostulatio querela: sed proprie apud illũ ipsum qui peccauerit.
Postulatio. querela apud alium de peccante.
Mereri bona dicimus.
Cõmereri mala.
Scimus manifesta.
Rescimus occulta.
Agit q iustam rem dicit.
Orat q animo demisso precatur: ut quasi beneficium præstetur.
Segregari proprie a meretrice dicitur.
Disiungi ab uxore.
Rescimus ex alio.
Scimus etiam per nostram opinionem.

Ex Aulo Gellio.

Marspiter mars pater.
Diespiter Iuppiter diei & lucis pater.
Annales omnino id sunt: quod historiæ.
Historiæ non omnino id sunt: quod annales. q̃uis utrũq; sit rerum gestarũ narratio.
Historias esse aiunt rerum gestarũ uel expositionem uel demonstrationem.
Annales uero esse: quum res gestæ plurium annorum: obseruato cuiusq; anni ordine: deinceps componuntur.
Diarium quod græce εφημεριο: dicitur quũ nõ per annos: sed per dies singulos res gestæ scribuntur.
Offendere significat ĩcurrere ĩ aliquid: & incidere.
Defendere auertere atq; depellere Q. Claudius: a pinnis hostes defendebant facillime.
Quartum consul: tempus assignificat: & ter ante factum.

Quarto consul locū assignificat: ac tres ante factos.
Populus omnem partem ciuitatis: omnesq; eius ordines continet.
Plæbs uero ea dicitur: i qua gentes ciuiū patritiæ nō insūt.
Die quarto de preterito dicimus.
Diequarte aut Diequarti quæ pro aduerbio copulate dicta sūt de futuro dicimus.
Mentitur q nō fallitur: sed alterum fallere conat̄.
Mendaciū dicens: ipse fallitur.
Cum populo agere est rogare quid populū quod suffragiis suis aut iubeat: aut uetet.
Concionem cū populo habere: est uerba facere ad populum sine ulla rogatione.
Præda dicūtur corpora ipsa rerum quæ capta sūt.
Manubiæ uero appellatæ sūt pecunia a quæstore ex uēditione prædæ redacta.
Templa appellabant̄ loca per augures cōstituta: i qbus senatuscōsultū fieri iure poterat: secus enim iustū nō fuisset. Nec omnes ædes sacræ templa erant: ac ne ædes qdem uestæ templū erat.
Properat ille q unum quid mature transigit.
Festinat ille: q multa simul icipit neq; pficit. Dicitur autem festinare quasi fessum esse: Nam q multis simul rebus properandis defessus est: is iā nō properat: sed festinat.
Rhythmus.i.modulus.
Numerus ordo pedū dicitur.
Melos.i.modulatio cātus.

Intolerantia ē: quū iiurias quæ sunt ferendæ non toleramus: neq; ferimus.
Incontinentia est: quū a qbus rebus uoluptatibusq; nos tener̄ debemus non tenemus.
Vani proprie dicūtur: nō ut uulgus dicit: desipientes aut hebetes aut ineptit: sed ut ueteꝝ doctissimi dixerūt: mēdaces & ifidi: & leuia inaniaq; ꝓ grauibus & ueris astutissime componentes.
Stolidi aūt uocant̄: non tam stulti & excordes: q̄ tetri & molesti & illepidi.
Porcetra quæ semel peperit dicitur.
Scrofa uero quæ sæpius.
Matrona dicta est proprie: quæ in matrimonium cū uiro conuenisset: q̄ i eo matrimonio maneret etiam si liberi nōdum nati forent. dictaq; ita a matris noīe: nō adepto iam: sed cū spe & omine mox adipiscendo: Vnde ipsum quoq; matrimonium dicitur.
Mater autem familias appellata est ea sola: quæ i mariti manu: mācipioq; aut i eius i cuius maritus mancipioq; esset: quoniam non nu mācipioq; matrimoniū tātū: sed i familiam quoq; mariti: & i sui heredis locū uenisset.
Vena est conceptaculū sanguis mixti confusiq; cū spiritu naturali: in quo plus sanguis est: minus spiritus.
Arteria est cōceptaculū spiritus naturalis mixti confusiq; cū sanguine in quo plus spiritus est: minus sanguinis.

Pulsus aūt est intentio motus: & remissio in corde & in arteria: naturalis nō arbitrarii. Vel aliter pulsus ē subsultio & palpitatio uł ebulitio uenæ & arteriæ.

Ex Asconio Pediano.

Templa esse dicūt singulorū locorū diis attributorū.

Delubra loca esse multarū ædium sub uno tecto a diluuio pluuiæ munitaꝝ. Alii delubra dicūt ea templa: in qbus nunc delubra corporum abluendorum: more dodonei iouis: aut apollinis delphici In quoꝝ delubris lebetes tripodesq; uisuntur.

Subsellia tribūalia sunt triumuirum quæstoꝝ: & huiusmōi minora iudicia exercentium: q non in sellis curulibus: nec tribunalibus sed in subselliis considebant.

Dies fœminino genere tempus: & ideo diminutiue Diecula dicit̄ breue tempus & mora. Dies horarū xii. generis masculini ē: Vnde hodie dicimus quasi hoc die.

Oppugnare inimici & hostis officium est.

Proderē grauius: quū ad eos q amici eē debēt refertur hoc uerbum.

Aperte ad uerba pertinet non obscura.

Palam ad præsentium multitudinē: & qualitatē frequētis loci.

Intelligitur aliqd argumentis.

Animaduertitur sensibus præsenti animo utentibus.

Argumentari est argumētis uti ad rem probandam.

Dicere est amplificatione uti ad rē ad delectandum cōmouendumq; oratorem oratione perpetua.

Nefandū est non fandū.

Nefarium quod sacra polluit: farre pio solita celebrari: ergo nefarii sacrilegi.

Taciensis una romanoꝝ tribus: a Tacio rege.

Ramnes altera: ab romulo.

Luceres alia: a luco mōte siue lucretino: siue a luco: quem lucū asylum uocauerat romulus.

Improbus contra leges.

Inofficiosus cōtra merita.

Inhumanus cōtra pietatem.

Ex Macrobio.

Prudentiæ est ad rationis normam quæ cogitat: quæq; agit: uniuersa dirigere: ac nihil præter rectum uł laudabile facere.

Prudentiæ insunt: ratio: intellectus circūspectio: prouidentia: docilitas: cautio.

Fortitudinis est: animū supra periculi metū agere: nihilq; nisi turpia timere: tolerare fortiter uel aduersa: uel prospera Fortitudo præstat magnanimitatem: fiduciam: securitatem: magnificentiam: constantiam tolerantiā: firmitatē.

Tēperantiæ est: nihil appetere pœnitendū: in nullo legē moderationis excedere. sub iugū rationis cupiditatē domare. Tēperantiā sequuntur modestia: uerecundia: abstinentia: castitas: honestas: mode

ratio:parcitas sobrietas pudicitia.
Iustitiæ ē:seruare unicuiq̃ quod suum est. De Iustitia ueniunt innocētia amicitia:concordia: pietas:religio:affectus:humanitas. His uirtutibus uir bonus primum sui:atq̃ inde reip.rector efficitur.
Moralis philosophia ē: quæ docet morum elimatam perfectionem.
Naturalis quæ de diuinis corporibus disputat.
Rationalis quū de incorporeis sermo est: quæ mens sola complectitur. Hæ sūt totius philosophiæ tres partes.
Festi dies dicati sunt diis: festis īsūt sacrificia. epulæ:ludi:feriæ.
Profesti hominibus ob administrādam rem priuatam: publicamq̃ concessi.
Intercisi deorū hominumq̃ communes sunt.
Fasti dies sunt:quibus licet fari prætori: tria uerba solennia.do.dico. addico.
Nefasti dies contrarii sunt fastis.
Comitiales sunt quibus cum populo agi licet.
Comperēdini q̃bus uadimonium licet dicere.
Stati q̃ iudicii causa cum peregrino instituuntur.
Preliares autem omnes:q̃bus fas ē res repetere:uel hostē lacessere.
Nux Iuglans ab Iuuando & a glande dicta existimatur. Vel Iuglans quasi iouis glans. Nam id arboris genus nuces habet quæ sūt suauiore sapore q̄ glans est. hūc fructū Iouis glandem appellauerūt.

Nux Auellana seu prænestina quæ eadem est:ex arbore est: quæ corylus dicitur. hanc autem Nucem græci ponticam uocant.
Nux castāea uocat̄ & heracleotica.
Nux græca est quæ & amygdala dicitur. sed & thasia eadem nux uocatur.
Nux mollusca uulgo persicum appellatur. Et mollusca nux dicit̄ q̃ cæteris oībus nucibus mollior sit.
Nuces & Mala sic diuidūt: ut nuces dicant omne pomum: quod foris duro tegatur: & intus habet quod esui est.
Malum uero quod foris habeat q̄d est esui: & dur̄ intus inc ludat. Secundū hanc diffinitionem persicū quod Sueuius poeta īter nuces numerat: magis erit inter mala numerandum.

Ex Rhetoricis Ciceronis.

Virtus est affectio animi cōstās cōueniensq̃ laudabiles efficiens eos in quibus est: Et ipsa per se sua spōte separata etiā utilitate laudabilis.
Virtus ē animi habitus naturæ modo: atq̃ rationi cōsentaneus. habet aūt partes quattuor. Prudentiā. Iustitiam fortitudinē. Temperātiā.
Prudentia est rerū bonar̄ & malarū sciētia partes eius Memoria. Intelligentia. prouidentia.
Memoria est per quam animus repetit illa: quæ fuerunt.
Intelligentia est: per quā ea perspicit: quæ sunt.
Prouidentia per quam futurū aliq̄d

uidetur anteq̃ factum est.

Iustitia est habitus animi communi utilitate conseruata: suam cuiq; tribuens dignitatem. Eius partes: religio: pietas: gratia: uindicatio: obseruantia: ueritas.

Religio est: quæ superioris cuiusdā naturæ quā diuinā uocāt: curam cerimoniamq; affert.

Pietas est: p quam sanguine coniunctis patriæq; beniuolis officiū: & diligens tribuitur cultus.

Gratia est: in qua amicitiaꝝ & officiorū alterius memoria & remunerandi uoluntas continetur.

Vindicatio est: per quam uis aut iniuria: & omnino oē: quod obfuturū est defendendendo aut ulciscēdo propulsat.

Obseruantia est: per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodā & honore dignātur.

Veritas est: per quam immutata ea quæ sunt: aut ante fuerūt: aut futura sunt: dicunt.

Fortitudo est cōsiderata periculorū susceptio. & laborū ppessio. Eius partes magnificentia: fidentia: patientia: perseuerantia sunt.

Magnificentia est rerū magnarū & excelsarū cum animi ampla quadā & splendida propositione cogitatio atq; administratio.

Fidētia ē: p quā magnis & honestis ī rebus multū ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocauit.

Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerū arduarū ac difficiliū uoluntaria: ac diuturna perpessio.

Perseuerantia est in ratiōe bene cōsiderata stabilis & ppetua pmāsio

Temperantia est: rationis in libidinem atq; in alios nō rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Eius partes Continentia. Clæmētia. Modestia.

Continētia est: per quam cupiditas consilii gubernatione regitur.

Clæmentia est per quam animi temere in odium alicuius inuentionis cōcitati comitate retinētur.

Modestia ē: p quā pudor honestus clarā & stabilē cōparat autoritatē.

Sunt multa quæ nos tum dignitate tūquoq; fructu suo ducunt: quo in genere est gloria. dignitas. amplitudo amcitia.

Gloria est frequēs de aliquo fama cum laude.

Dignitas alicuius est honesta & cultu & honore & uerecundia digna autoritas.

Amplitudo ē potentiæ aut maiestatis aut aliquarum copiaꝝ magna abundantia.

Amicitia est uolūtas erga aliquem bonaꝝ rerū illius ipius causa quē diligit: cū eius pari uoluntate.

Ex Tusculanis q̄stiōibus Cicerōis.

Cernimus oculis.

Videmus animo: Cicero: Nos enī ne nūc qdem oculis cernimus ea quæ uidemus.

Virtus ex uiro appellata ē: Viri aūt ppria maxime ē fortitudo.

Sapientia sanitas est animi.

Insipiētia est insanitas q̄dam animi quæ est insania: eadēq; demētia.

Furor est mentis ad oĩa cæcitas.
Aegrotatio in corpore est.
Aegritudo in animo. Est enim animi: aduersante ratione cõtractio.
Metus opinio est magni mali impendentis.
Aegritudo est opinio magni mali præsentis.
Voluntas est: quæ quid cum ratiõe desiderat.
Libido ẽ cupiditas uel appetẽtia effrenata: quæ in oĩbus stultis inuenitur. est enim aduersus rationem incitata uehementius.
Gaudium dicitur quum ratiõe animus mouetur: ut placide atq; constante r.
Lætitia est sine rõne aĩ elatio: nã cũ & ianiter & effuse aĩus exultat: tum illa lætitia gestiens uel nimia dici potest & profusa hilaritas.
Aegritudini subiiciũtur: Inuidentia æmulatio. obtrectatio. misericordia. angor. luctus. moeror. erũna. dolor. lamẽtatio. sollicitudo. molestia. afflictatio. desperatio: & si qua sunt de genere eodem.
Inuidẽtia est ægritudo suspecta propter alterius res secundas: quæ nihil noceant inuidenti. Nam siquis doleat eius rebus secũdis a quo ipse lædatur non recte dicitur inuidere: ut si hectori agamemnon.
Aemulatio dupliciter dicitur. Est.n. hoc nomen & in laude & in uitio: nam imitatio uirtutis æmulatio dicitur. & tunc laudis est. Est itẽ æmulatio ægritudo: si eo quod quis concupierit alius potiatur ipse careat.
Obtrectatio est ea: quam intelligi zelotypiã uolo. Aegritudo ex eo q; alter quoq; potiatur eo: quod il leipse concupierit.
Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Nemo enim parricidæ aut proditoris supplicio misericordia commouetur.
Angor est ægritudo præmens.
Luctus ægritudo est ex eius qui charus fuerit interitu acerbo.
Moeror ægritudo flebilis.
Erumna ægritudo laboriosa.
Dolor ægritudo crucians.
Lamentatio ægritudo cũ eiulatu.
Sollicitudo ægritudo cum cogitatione.
Molestia ægritudo permanens.
Afflictatio ægritudo cum uexatiõe corporis.
Desperatio ægritudo sine ulla rerũ expectatione meliorum.
Metui autem subiecta sunt. pigritia pudor. terror. timor. pauor. exanimatio. conturbatio. formido.
Pigritia metus ẽ cõseqnẽtis laboris.
Terror metus cõtingens: ex quo fit ut pudorẽ rubor: sic terrorẽ pallor & tremor & dentium crepitus: cõsequatur.
Timor metus mali appropinquantis.
Pauor metus mentem de loco mouens. ex quo illud Ennii: Tum pauor mihi sapientiam omnem ex animo expectorat.
Exanimatio metus subsequens: & quasi comes pauoris.
Conturbatio metus excutiens cogitata.

Formido metus permanens.
Voluptati subiecta sunt: maliuolentia lætans malo alieno delectatio: iactatio. & similia.
Maliuolentia est uoluptas ex malo alterius sine emolumento suo.
Delectatio uoluptas suauitate auditus animũ deliniens: & qualis est hæc aurium: tales sunt oculorum: & tactuum & odorationum: & saporum: quæ sunt oẽs unius generis ad perfundendum animũ tanq̃ illiquefactæ uoluptates.
Iactatio est uoluptas gestiẽs: & se efferens insolentius.
Libidini subiecta sunt: ira. excandescentia. odium. inimicitia. discordia. indigentia: desiderium: & cætera eiusmodi.
Ira est libido puniendi eius: qui uideatur læsisse iniuria.
Excandescentia ira est nascens: ex modicoq; existens.
Odium ira inueterata.
Inimicitia ira ulciscendi tempus obseruans.
Discordia ira acerbior intimo odio & corde concepta.
Indigentia libido inexplebilis.
Desiderium libido eius qui nondũ adsit uidendi.
Auaritia est opinio uehemens de pecunia quasi ualde expetenda sit inhærens & penitus insita.
Facilitas in bõis rebus ẽ: q;. s. alii ad alia bona sunt aptiores.
Procliuitas in malis ẽ rebus lapsio.
Morbus appellatur totius corporis corruptio.
Aegrotatio morbus cũ ĩbecillitate.
Vitiũ dr̃ quũ ptes corpis inter se dissident: ex quo prauitas mẽbrorũ: distortio. deformitas.
Sanitas aĩ dicitur: quũ eius iudicia: opinionesq; concordant.
Insaniæ: ut dixit Ennius Initiũ ẽ color. uox. oculi. spũs. ĩpotẽtia deõrũ atq; scõrũ: quã ptẽ hẽnt sãitatis.
Pulchritudo corpis ẽ quædã apta figura mẽbrorũ cũ coloris quadam suauitate.
Perturbatio est aduersa ratione cõtra naturam animi commotio.
Sapiẽtia est rerũ diuinarũ & hũanarũ scia cognitioq;: quæ cã cuiusq; rei sit: ex quo efficit ut dĩna imitet̃ hũana oĩa ĩferiora uirtute ducat.
Ridere concessum est.
Cachinatio uituperatur.
Gaudere decet.
Lætari non decet.
Spes est boni expectatio.
Metus mali expectatio.
Fidentia. i. firma animi consisio. scientia quædam est & opinio grauis non temere assentiens.
Bonus uir dicitur oĩbus uirtutibus ĩstructus & ornatus.
Beatus dicendus est qui sit in bonis nullo adiuncto malo. Beata autẽ uita uirtute conficitur.

Ex Vegetio de re militari.

Alares eqtes dñr ab eo q; ad similitudinẽ alarũ ab utraq; pte ptegãt acies: quæ nũc uexillatiões uocantur a uelo: qa uelis: hoc ẽ flãmulis utũtur. Nũc ãt. i. tpe ipsius Vegetii.
Exercitus ex re ipsa atq; opere exer

citii nomē accæpit: ut ei nunq̄ licere obliuisci ad quod uocabatur.

Legio ab eligendo appellata est: q̄ uocabulū eorū desiderat fidē atq̄ diligentiā quibus milites probant In singulis autē legionibus romanorū sena milia interdū amplius militare consueuerūt. In unaq̄ legione decē cohortes eē debebant. hēbat āt peditū sex milia. Equites dccxxxii. Minor.n. nūerus armatorum in una legione esse non debebat: Maior tamen interdum eē consueuit.

Tribunus uocatus est a tribu: tribuē doq̄ iure. præerat enim militibus quos ex tribu primus Romulus legerat.

Tessarii dicebantur: qui Tessaram per cōtubernia militū nūtiabāt.

Tessara autē dicebatur præceptum ducis quo uel ad aliquod opus uel bellum mouebatur exercitus.

Candidati milites erāt principales: qui priuilegiis muniebantur.

Centuriones erant qui singulas curabant centurias.

Decani erant: qui decem militibus præpositi.

Magistri militum non tātum binas legiones: sed & plures numero gubernabant.

Centuria uel manipulus inter pedites appellabatur.

Turma uero inter equites dicebāt. habebatque una Turma equites xxxii.

Decurio qui præerat turmæ dicebatur.

Tubicines ad bellum uocāt milites rursumq̄ receptui canentes reuocant.

Cornicines & buccinatores quotiēs canunt: non milites: sed eorum signa obtemperant ad nutū. aut quū mouenda: aut iam mota figenda sunt.

Tuba quæ directa est appellatur.

Buccina quæ ī semetipsam æreo circulo flectitur.

Cornu quod ex uris agrestibus argento nexum temperatum arte & spiritu canentis flatu emittit auditū Per hæc aūt tria indubitatis sonis agnoscit exercitus utrum stare: uel progredi: an certe regredi oporteat. utrum longe prosequi fugiētes an receptui canere.

Sarissæ longissimi conti erant.

Testudo de materia uel tabulatis cō texitur: quæ ne exuratur incendio coriis uel ciliciis: centonibusque uestitur. hæc intrinsecus accipit trabē quæ adunco præfigitur ferro. appellaturq̄ Aries: uel q̄ durissimā frōtem habet: quæ subruat muros uel q̄ more arietum retrocedat: ut cum impetu uehementius feriat. Testudo autem ad similitudinem ueræ Testudinis uocabulum sumpsit. nam sicut illa modo reducit: modo profert caput. ita machinamentum interdum reducit trabem: iterdum exerit: ut fortius cædat.

Plutei dicūtur qui ad similitudinem cassidis cōtexunt e uimine & ciliciis uel coriis proteguntur. ternisq̄

rotulis:quarum una ī medio duæ in capitibus opponūtur:in quamcunq̃ partem uolueris admouentur more carpēti: quos obsidentes applicāt muris: eorumq̃ munitione protecti sagittis siue fundis uel missilibus defensores omnes de p̄pugnaculis ciuitatis exturbant: ut scalis ascendendi facilior præstetur occasio.

Agger ex terra:lignisque extollitur contra murum:de quo tela iactantur.

Malleoli uelut sagittæ sunt:& ubi adhæserint:quia ardentes ueniūt uniuersa conflagrant.

Phalarica autem ad modum hastæ ualido præfigitur ferro. Intra tubum etiam hastile sulphure resina bitumine:stupisq̃ conuoluitur infuso oleo:quod incendiarium uocant:quæ balistæ impetu destinata prærupto munimine ardens figitur ligno. turritamq̃ machinā frequenter incendit.

Telenon dicitur quotiens una trabs in terram præalte defigitur: cui in summo uertice alia trāsuersa trabs longior dimensa medietate connectitur eo librамēto:ut si unum caput depresseris:alterum erigatur:in unoquoq̃ capite cratibus siue tabulatis contexitur machina:ī qua pauci collocantur armati:tūc per funes uno attracto:depressoque altero capite eleuati imponuntur in murum.

Exostra pons dicitur:qui de turre lignea rotis ducta:murisq̃ appropinquata:in murum repente perducitur.

Balista funibus:neruis:chordisque tenditur: quæ quanto prolixiora brachiola habuerit:hoc est quāto maior fuerit:tanto spicula longius emittit: quæ si iuxta artem mechanicam temperetur:& ab exercitatis hominibus:qui mensuram eius ante collegerint: dirigatur: penetrat quodcunq̃ percusserit.

Onager autem dirigit lapides: sed pro neruorum crassitudine & magnitudine saxorum pondera iaculatur. nam quanto maior fuerit:tāto maiora saxa fulminis more contorquet. his duob⁹ generibus nulla tormentorum species uehemētior inuenitur.

Scorpiones dicebant:quas nūc manubalistas uocant. ideo sic uocati: q̃ paruis subtilibusq̃ spiculis inferant mortem.

Venetus color marinis ē fluctibus similis.

Pila missilia erant: quibus utebatur pedestris exercitus:ferro subtili: trigono præfixa nouē unciarum sine pedali:q̃ in scuto fixa non possent abscindi:& loricam scienter: ac fortiter directa facile p̄rumpebant:cuius generis apud nos iam rara sunt. hæc ex Vegetio. Modestus autem ait:Pilum maius uocari missile:quod erat ferro triangulo unciarum nouem hastili pedū quinq̃ semis:suoq̃ tempore spiculum dicebatur:ad cuius iactum exercebantur præcipue milites:

uocari missile: quod erat ferro tri-angulo unciarũ nouẽ hastili pedũ qnq; semis. suoq; tẽpore spiculũ dicebatur: ad cuius iactũ exercebã tur præcipue milites: quod arte & uirtute directũ & scutatos pedites & loricatos eqtes sæpe transuerberabat. Alterũ uero pilum minus erat ferro unciarũ quinq;: hastili triũ pedũ semis: quod tunc uerriculũ: Nunc Verutũ dicitur: Nũc autẽ tẽpore ipsius modesti itellge.

Ex Capro.

Circiter ad numerũ refertur.
Circũ ad locũ.
Circa ad tempus.
Tunc temporis aduerbiũ.
Tũ ordinis est.
Fidus amicus.
Fidelis famulus dicitur.
Cognoscimus ignota: & inuisa.
Agnoscimus quæ nobis exciderãt.
Similis illius ad mores refertur.
Similis illi ad uultũ.
Collactaneus est eisdem mammis educatus.
Collacteus est: q uno eodẽq; lacte educatus est.
Suscipimus ad animũ & mentẽ refertur. ut susceptũ perfice munus.
Succipimus corpore: ut succipiunt famulæ collapsaq; mẽbra.
Accidit aliquid aduersi.
Contingit aliqd pulchri.
Inuidus q inuidet.
Inuidiosus q inuidiã substinet.
Vortex fluminis est.
Vertex capitis.
Pauperies dãnũ est.
Paupertas ipsa conditio.
Mãmæ hominis sunt.
Hubera sunt pecudũ.
Precor prospera.
Imprecor tetra.
Sanguis dũ manet est.
Cruor effusus est.
Sumimus ipsi.
Accipimus ab alio: sic quum dabimus dicendũ est accipe. quũ permittimus ipsi tollere: dicendũ est Sume.
Pone loci aduerbium est.
Post temporis.
Vultus mutatur.
Facies permanet.
Mœstus animo.
Tristis aspectu dicitur.
Protenus per. e. aduerbiũ locale ẽ: idest porro tenus. ut Cũ protenus utraq; tellus una foret.
Protinus per. i. aduerbiũ est tẽporale: idest statim.
Hic malus nauis arbor est.
Hæc malus frugifera.
Pinnas murorũ.
Pennas auiũ dicimus.
Exprobat: qui commemorat: quæ præstitit.
Opprobat: qui opprobrium dicit: hoc est uitiũ.
Primus ex multis.
Prior ex duobus dicitur.
Ducit uir.
Nubit mulier.
Carcer dicitur ĩ quo homines coercentur.
Carceres uero unde currus effunduntur.

Apud & penes in hoc differunt: ꝙ apud personam cũ loco significat. penes personã & dominiũ ac potestatem: quod trahitur a: penitus.
Abgregare est ab grege ducere.
Adgregare est ad gregem ducere.
Abalienatus quẽ qs a se remouerit.
Alienatus qui alienus factus est.
Amita patris mei soror: dicta quia a patre amata est. Nam plus sorores a fratribus q̃ fratres diligi solent. uidelicet propter dissimilitudinem personarum.
Matertera matris soror: quasi mater altera.
Conciliũ dicitur a populi consensu Vel a concalando .i. uocando.
Consilium uel a cõsulendo dicitur. uel ꝙ in unam sententiam pluriũ mentes cõsiliant: & conueniãt. sed a silẽtio credibilius dictũ putatur: quo maxime inuenitur.
Canterius hoc distat ab Equo: quo maialis a Verre: Capus a gallo. Veruex ab Ariete. Canterius enĩ equus est: cui testiculi amputantẽ.
Cuncti dicuntur quidem omnes: sed coniuncti & congregati: At uero omnes etiam si diuersis in locis sint.
Experrectus est: qui per se uigilare cœpit.
Expergitus ab alio excitatus: quem solemus dicere expergefactum.
Exercitus & militum Copia dicitur & homo multis negociis exercitus sed superius quarti ordinis: hoc secundi est.
Exemplum ẽ: quod sequamur: aut uitemus.
Exemplar quod simile facimus. Illud animo æstimatur: Istud oculis conspicitur.
Ibi dicitur quũ locus semel demonstratur.
Ibidem quũ sæpius.
Mõstrum dictum: uelut Monestrũ ꝙ moneat aliquid futurũ.
Prodigium uelut prædicium ꝙ prædicat.
Portentũ ꝙ portendat.
Ostentũ ꝙ ostendat.
Monstra dicuntur naturæ modum egredientia: ut serpens cum pedibus. Auis cũ quattuor alis. homo cum duobus capitibus.
Noxia apud antiquos damnum significat. sed a poetis ponitur pro culpa.
Noxa ponitur pro peccato aut peccati pœna.
Obiurgatio post turpe Factum.
Castigatio uero monitio est ante cõmissum.
Palmites uitium sarmenta appellãtur: ꝙ in modum palmarũ uirgulas quasi digitos edunt.
Palmulæ appellantur remi: a similitudine manus humanæ.
Posticum hostiũ in posteriore parte ædium: Ceterum antiqui etiam uicinũ habitantem ad posteriorẽ partem ædium sic appellarũt. Deniꝗ & q̃ ante nos Antica: & quæ post nos sũt postica dicũtur. Etiã dexterã Anticã: sinistrã posticã sic etiã ea cæli pars q̃ sole illustratur. ad meridiẽ antica utiꝗ nominatẽ.

quæ ad ſeptẽtrionẽ eſt poſtica: rur ſumq́ꝫ Diuidũtur ĩ duas partes ori entem & occidentem.

Præſidium eſt: quod pro utilitate & ſalute alicuius auxilii gratia præ-ponitur.

Subſidium quod poſtpoſitũ eſt ad ſubueniendum laborantibus.

Properare aliud eſt: aliud feſtina-re. q Vnum mature tranſigit: is ꝓ perat. Qui multa ſimul ĩcipit: ne qꝫ perficit: is feſtinat.

Quatenus ſignificat qua fine: ſicut hactenus hac fine. Quatinus ue-ro quoniam.

Quãmox ſignificat q̃ cito.

Mox uero ꝑ ſe ſignificat poſtea uel paulo poſt.

Regium eſt quod eſt aut fuit regis.

Regale eſt dignum rege.

Sons nocens.

Inſons innocens.

Secus aliter.

Haud ſecus non aliter.

Stips eſt nummus ſignatus.

Stipes uero fuſtis terræ defixus.

Tuor uideo.

Tueor defendo.

At differentiam rerum ſignificat ut quũ dicimus ſcipio eſt bellator: at M. Cato orator.

Ex Noino Marcello.

Amare uim habet maiorem.

Diligere leuius amare. Cicero ad brutũ: ſic igit facies Et me aut ama bis: aut quo cõtentus ſum diliges.

Alere eſt uictu tẽporali uitam ſub-ſtinere

Educare autem ad ſatietatẽ perpe-tuam educere.

Meretrix honeſtioris loci ẽ & quæ-ſtus: nam meretrices dictæ ſũt: qa copiam ſui tantummodo noctu ſa cerent.

Proſtibula qꝫ ante ſtabulũ ſtet quæ-ſtus diurni & nocturni cura.

Genitrix ſemꝑ q̃ genuerit nũcupat.

Mater uero aliquando pro nutrice ponitur.

Pudet uerecundiæ eſt.

Piget pœnitentiæ.

Oſculũ ab ore.

Suauiũ a ſuauitate dicitur.

Sacrificare eſt ueniam petere.

Litare ẽ ꝓpitiare & uotũ impetrare.

Expleri eſt tãtũmodo plenum eſſe.

Satiari ſupra modum.

Arcus ſuſpẽſus appellatur fornix.

Arquus nõ niſi in cælo: quem irim poetæ dixerunt.

Fors eſt caſus temporalis.

Fortuna dea eſt ipſa.

Ferus eſt ſæuus.

Ferox eſt fortis.

Fauſtũ eſt quaſi a fauendo dictum: ac per hoc proſperum & ꝓpitiũ. Vnde contra Infauſtum minax & impropitium.

Feſtũ uero ſolẽniter lætũ & feriatũ.

Animus eſt quo ſapimus.

Anima qua uiuimus. Sine animo anima eſt debilis: hinc animus ad intelligentiam tributus.

Vultus eſt uoluntas: quæ pro motu animi in facie oſtenditur.

Facies oris ſpecies.

Muſſare hominum ẽ occulte quid & preſſa uoce loquentium: quod

celatū uelint.
Murmurare autē maioris soni est: proximi ad tumultum.
Priores comparatiui sunt gradus.
Primores summæ quæq; res. Turpilius in Demetrio: Sādalio innixa digitis primoribus.
Poesis textus scriptorū: ut odyssea uel ilias homeri: aut Aeneis Vergilii.
Poema iuentio parua: quæ paucis uerbis exprimitur: ut in gladiatoribus ludis homeri.
Poetica est ars earꝝ rerum. Diomedes uero sic ait. Poetica ē fictæ ueræq; narratiōis cōgruēti rhythmo uel pede composita metrica structura: ad utilitatem uoluptatemq; accommodata: Poetice ars ipsa intelligitur Poema autem pars opis ut tragœdia. Pœsis contextus & corpus totius operis effecti: Vt ilias: odyssea: æneis.
Fora neutro genere iudiciorꝝ & litium sedes sunt.
Fori masculino genere sunt spatia ī nauibus apertiora.
Peritus est plusq̄ doctus.
Vrbs est ædificia.
Ciuitas Incolæ.
Scius secum.
Conscius cum alio scius est: licet cōscium indifferenter positum legerimus.
Auspicium est auiū conspectio: & quæ ex uolatu auium significētur & uocibus.
Auguriū autem rerum omniū coniecturas prudenter, ac diligenter amplectitur.

Monstra & ostēta similiter ītelligūt: q; iminētia mōstrēt & ostendāt.
Omen uotū ē mentis & uocis. Vnde sacrificātibus dr̄: bōa hr̄e omina: idest ut circunstantes & bona mēte uelit. & recta oribus pferāt.
Portentum nō solum q; portendat: sed quod iam apportet & faciat in his significationibus: quæ in auspiciis & auguriis & extispici s ostenduntur.
Prodigiū aūt semp pessimū ē dictū quasi porro adigēdū. Virgi. lib. ii. æn. Sola nouū dictuq; nefas harpya celæno pdigiū canit: & tristes denūtiat ira s Festus uero ut supius patuit: scribit pdigiū uelut prædicium: q; prædicat.
Iniuria leuior res est q̄ Contumelia pacuuius: patior facile iniuriam: si est uacua a cōtumelia.
Fulmen est telū ipsū: quod iacitur.
Fulgur ignis q coruscat fulmīe. Vnde & fulgetra dicitur fulgor.
Fulguratum dicitur fulgure tactum uel exustum.
Iurgiū leuior res est q̄ lis: siqdē īter beniuolos ac ppinquos dissentio uel contentio iurgium dicitur.
Lis īter inimicos dissētio appellat.
Audacia temeritas est.
Audentia fortitudinis.
Merx est species ipsa.
Mercatura ē act9 ipe lucri d̄ merce
Mercatus autē locus in quo agitur mercatura.
Peius a malo dicitur: quod ī usu est & creberrime frequentatur.
Deterius uero a bono discernitur: ut minoris sit meriti: quam illud.

16

quod placet. Virg. li. iiii. ge. Deterior qui uisus eum ne prodigus ob sit Dede neci. Idẽ li. viii. Deterior donec paulatim: ac decolor ætas. hæc enim melioribus comparata sunt.
Circus est planicies rotunda: ut circuitus.
Globus soliditas undiq; rotunda: ut est sphæra & staminum glomera.
Præda corpora ipsa rerum quæ capiuntur.
Manubiæ uero pecuniæ ex præda uendita redactæ.
Peruicacia est interdum bonarũ rerum perseuerantia.
Pertinacia semper malarum.
Sensus dicuntur qui sentiunt.
Sensa quæ sentiuntur.
Morosa cõtrariis peruersisq; moribꝰ.
Morata bonis moribus.
Morigera aliis morem gerens. i. obsequens.
Vegetum incolume est.
Vigẽs forte. nam uegetũ corporis: Vigens etiam animi possumus dicere: ut in multis.
Profesti dies sunt a festiuitate uacui Festi dies in quibus festa coluntur.
Quærere & reqrere hoc differt: q; requirere est diu quærere.
Specula locus eminens unde longius inspici potest.
Speculũ despicientiã significat.
Profiteri uoluntatis est.
Cõfiteri necessitatis. Cice. pro Mãlio: hoc ego non solũ confiteor: uerum etiam profiteor. hõestius uel profiteri quam confiteri.
Hulcus tecta & clausa malignitas.
Vulnus hians patens.
Turpe leuior res est q̃ fœdum. Tullius de offi. Luxuria uero cum oĩ ætati turpis: tum senectuti fœdissima est.
Dignitas uiris.
Venustas fœis sit attribuẽda Tul. d̃ of. li. i. Venustatẽ muliebrẽ dicere debemus. Dignitatem uirilẽ.
Ignosco præteritis.
Concedo futura. Tullius ad Cæsarem iuniorẽ: Quod mihi & philippo uacationem dabis gaudeo: nã & præteritis ignoscis. & Concedis futura.
Despicere grauius est: q̃ contemnere. Tullius in Verrem: Quemq; contempserit Despexerit.
Cupiditas & cupido diuersa sũt. nã cupiditas est leuior. Lucilius: Cupiditas ex hoĩe. Cupido ex stulto nũq̃ tollitur. q; cupiditas pars quædam sit temperatior defluẽs ex cupidine.
Imitatio simplex: & liuorem atq; inuidiam non admittit.
Aemulatio habet quidem imitãdi studium sed cũ malitiæ operatiõe.
Probatum & Spectatum uis maioris est. Lucilius: Tuam probatam mihi & spectatam adolescẽtiam.
Bellum & prœliũ hoc differunt: q; prælia partes sunt belli. hoc est in bello congressiones. Lucilius: Vt romanus populus uictus ui: & superatus præliis sæpe ẽ multis. Bello uero nunq̃: In quo sunt omnia. Virgi. li. xi. Infantẽ fugiens media iter prœlia belli Sustulit exilio comitem.

Euitare plus ē q̄ cauere. Lucilius li. yi. Quid cauendū tibi censerem: quid euitandum maxime.

Vetustiscere & ueterascere quid intersint: Nigidius deplanauit. Dicemus quæ uetustate deteriora fiunt uetustiscere. Inueterascere quæ meliora.

Nocens a nefario & impio distare uoluit Tullius de of. lib. ii. Vt Nocens leuius uideri possit. Ait enim Nec tamē ut hoc fugiendum ē. ita habendum est relligioni cōtrariū: Nocentem aliquando & nefariū Impiumq; defendere.

Mutuum sine usuris.

Fœnus cum usuris sumitur.

Nutare capitis est.

Annuere uel nuere narium uel labiorum.

Nictare oculorum.

Innuere est facie significare.

Opprimere maius est: q̄ extinguere. Tullius de amicitia. Quāobrem dāda opera est: Ne qua amicorum dissidia fiāt: Sin tale aliqd euenerit: ut extinctæ potius amicitiæ q̄ oppressæ uideātur: quasi qd̄ extinguitur possit reflammari: qd̄ opprimitur: non queat.

Morbus est cum accessu utique aut contagii aut temporis.

Vitium est perpetua & insanabilis: & irreuocabilis causa.

Memisse oīum est animantiū: ut cibi. potionis. somni. uoluptatis.

In mēoriā redire: seu reuocare qd̄ exciderit: nisi homines posse.

Die quarto temporis præteriti.

Die quarta tpis futuri eē uolunt.

Qui mētitur ipse non falsus alter fallere conatur.

Qui mendaciū dicit ipse fallitur: ut P. Nigidius manifestauit.

Properare is dicit: qui unum quid mature transigit.

Festinare dicitur qui multa simul incipit: nec perficit.

Auarus semper in reprehēsione ē.

Auidus autem ab auendo: quod ē etiam honeste incipiendo.

Prospicere aduersum uidere dicit.

Respicere quasi retro aspicere.

Innocens non nocens.

Innocuus illæsus.

Miserari est flere & lamentari.

Misereri miserationem alienis casibus exhibere.

Multū īfinitū ē: auarisq; applicādū:

Satis finitum est: parcis & se cōtinētibus applicandum.

Inniti incūbere ē. Virgi. li. vi. Ille uides pura iuuenis qui innitit hasta.

Obniti uero ē contra aduersa obluctari. Vir. li. iiii. ge. Vsq; adeo obnixi non cedere.

Ergastulum neutro genere carceris locus est.

Ergastulus. g. m. custos pēalis loci.

Fremere ē magnū sonare. Virg. li. ii. geor. Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.

Frēdere ē dētem dētibus irascēdo quatere. Virg. li. iii. Dentibus infrendēs de Polyphæmo loquens.

Pecuniosi a pecore dicti sunt.

Locupletes a possessionibus locorū olim nanq; res erat in locorū possessionibus & in pecore. unde pecuniosi & locupletes uocabātur.

Ex Tullio de Natura deorum.

Physiologia: idest naturæ ratio.

Theogonia: idest deorū origo.

Prolepsis appellat ab Epicuro: quæ latine anticipatio dicitur: quā ante Epicurū nēo eo uerbo noiarat.

Hemarmenen dicunt fatalem necessitatem.

Mantice latine diuinatio dicitur.

Pietas ē iustitia aduersus deos.

Sanctitas ē scia colēdorū deorū.

Relligio deoꝝ cultu pio cōtietur.

Amicitiæ nomē ab amore ē dictū.

Cometas græci. nostri crinitas uocant.

Venæ sanguinem cōtinēt

Arteriæ uero spūm: nā sanguis per uenas in omne corpus diffunditur Et spūs per arterias. Vtræq; autē crebræ multæq; toto corpore intextæ uim quandam incredibilē artificiosi operis: diuiniq; testantur.

Pupilla uocatur acies ipsa qua cernimus.

Palpebræ sunt tegumēta oculorum mollissimæ tactu. Munitæq; sunt palpebræ tanq̄ uallo pilorum.

Mundus est: quasi cōis deorū atq; hominum domus: aut urbs utrorumq;.

Physicus: idest naturalis.

Sphæra ē globus ex solidis.

Circulus āt orbis: qui cyclus græce dicitur. est ex planis.

Annua solis cōuersio fit diebus quīq; & sexaginta & trecentis: quarta fere diei parte addita.

Annū magnū mathēatici noīauerūt: q tū efficitur quū solis & lūæ & qnq; errātiū ad eādē inter se cōparationē cōfectis oīum spatiis est facta conuersio.

Veneris stella īfima ē qnq; errātiū: quæ phosphoros græce lucifer latine dr̄: quū āgredit solē: quū subseqtur aūt hespos: ea cursum anno conficit.

Naturā Zeno ita definiuit: ut eā dicat ignē eē artificiosū ad gignēdū.

Saturnū eū eē uoluerunt: q cursum & conuersionem spatiorū: ac temporum cōtineret: qui deus græce id ipsum nomē habet. Cronos. n. dicitur: q ē idē quod spatiū temporis. Saturnus aūt est appellatus: q; saturaretur ānis: ex se enim natos comesse fingitur solitus: qa consumit ætas tēporū spatia: ānisq; præteritis īsaturabiliter expletur. Vinctus autē ab ioue: ne īmoderatos cursus haberet: atq; ut eum siderū uinclis alligaret.

Iuppiter: idest iuuans pater: quem conuersis casibus iouem a iuuando appellamus. A poetis pater diuūq; hominūq; dicitur. A maioribus autē nostris Optimus Maximus. Et qdē ante optimus. i. beneficentissimus q̄ Maximus: qa maius ē: certeq; gratius prodesse omnibus q̄ opes magnas habere. De hoc etiam augures nostri dicūt ioue fulgente tonante: idest cælo fulgente & tonante.

Aer: ut stoici disputant: interiectus inter mare & cælum Iunonis noīe

cōsecratur: quæ est soror & cōiūx
iouis: ꝗ & similitudo ē ætheris: &
cum eo summa coniunctio. Effœ
minarūt āt eum: Iunoniq̨ tribue-
runt: ꝗ nihil ē eo mollius.
Iunonē a iuuādo credo noīatam.
Neptunnus a nādo deducitur paulū
primis litteris immutatis.
Ceres tāq̄ geres a gerēdis frugibus
prima littera mutata dicitur.
Mauors dictus ꝗ magna ueiteret.
Minerua dicta uel ꝗ minueret: uel
minaretur.
Iani nomē ab eundo deductum est
nam principem in sacrificando Ia
num esse uoluerunt.
Vestæ nomen a græcis sumptum:
ea est enim: quæ ab illis Hestia di
citur. Vis autem eius ad aras & fo
cos pertinet: itaq̨ in ea dea ꝗ ē re
rum custos intimarū oīs & preca-
tio & sacrificatio extrema ē. In Ia
no uero prima. In omnibus enim
rebus uim habent maximam: pri
ma & extrema.
Penates siue a penu dicūtur. Est.n.
oē quo uescūtur hoīes poenus: si-
ue ab eo ꝗ penitus insidet. ex quo
etiam penetrales a poetis uocātur.
Sol dictus est: uel quia solus ex om
nibus sideribus est tantus: Vel qa
quum est exortus obscuratis om-
nibus solus apparet.
Luna a lucendo nominata est: eadē
est enim lucina: Itaq̨ ut apud græ
cos Dianam eāq̨ Luciferam: sic
apud nostros Iunonem Lucinam
in pariendo inuocant.
Diana dicta quia noctu quasi diem
efficeret. adhibetur aūt ad partus:
ꝗ ii maturescunt aut. vii. non nun-
quam: aut ut plerunq̨ nouem lu-
næ cursibus.
Menses Lunæ cursus: quia mensa
spatia conficiunt nominantur.
Venerem nostri nominarunt: quæ
dea ad res omnes ueniret.
Venustas a Venere dicta est.
Superstitiosi uocati sunt qui totos di
es precabantur & immolabant: ut
sibi sui liberi superstites essent: qđ
nomen patuit postea latius.
Religiosi dicti sunt ex relegendo tā
quam relegerent: & diligenter re-
tractarent omnia quæ ad cultū de
orum pertinerent.
Lex est recti præceptio: prauiq̨ de-
pulsio.
Naturam alii esse censent uim quā-
dam: siue rationem cientem mo-
tus in corporibus necessarios.
Alii autem uim participem ratio-
nis: atque ordinis: tanquam uia
progredientem: declarantemque
quid cuiusque rei causa efficiat:
quid sequatur. cuius solertiam nul
la ars: nulla manus efficiat. Ne-
mo opifex consequi possit imi-
tando.
Fatum id est: quod semper ex om
ni æternitate uerum fuerit.
Versutos eos appello: quorum ce
leriter mens uersatur.
Callidos aūt quorū tanquā manus
opere: sic animus usu concalluit.
Mundum deorum domum existi-
mare debemus.

opere:sic animus usu cõcalluit.

Mundum deorũ domum existimare debemus.

Corpus omne aut aqua:aut aer aut ignis:aut terra est:aut id :quod est cõcretum ex his:aut ex aliqua pte eorũ. Horꝝ autem nihil est : quod non intereat.

Iustitia est quæ suũ cuiq tribuit.

Hercules plures tradunt:Antiquissimũ ioue natum:sed itẽ ioue antiquissimo. ex eo igitur & lysico est hercules quem concertauisse cum apolline de tripode accepimus. Alter traditur nilo natus Aegyptius quem aiunt phrygias litteras conscripsisse. Tertius est ex deis indigetis:cui inferias afferunt. Quartus iouis & asteriæ latonæ sororis: qtyri maxime colitur : cuius carthaginem filiam ferũt. Quintus ĩ india:q Belus dicitur . Sextus hic ex alcmena quem iuppiter genuit sed tertius Iuppiter.

Furiæ deæ sunt speculatrices & uindices facinorꝝ & sceleris.

Nascio dea nominata est a nascentibus:quia partus matronarum tueatur cui in agro ardeati rem diuinam facere solebant.

Leucothoe Ino cadmi filia :a græcis: a nobis Matuta dicitur.

Absyrtus medeæ frater:qui ẽ apud pacuuim Agyaleus:sed illud nomen ueterum litteris est usitatius.

Ioues tres numerãt:duos q theologi nominantur:Ex quibus primũ & secundum natos in arcadia: alterum patre æthere:ex quo etiam proserpinam natam ferunt:et Liberũ. Alterum patre cælo: qui genuisse Mineruam dicitur: quã principem & inuentricem belli ferunt. Tertium cretẽsem Saturni filium cuius ĩ illa insula sepulchrum ostẽditur.

Soles q̃ multi a theologis proferuntur. Vnus eorũ ioue natus nepos ætheris. Alter hyperione. Tertius uulcano nili filio:cuius urbẽ egyptii uolũt esse eam:quæ heliopolis appellat̃. Quartus is . q heroicis temporibus. Quintus qui colchis fertur Aeetam & Circen procreauisse.

Vulcani cõplures fuere:primus cælo natus:ex quo & Minerua apollinem eum cuius in tutela athenas antiqui historici esse uoluerũt. Secundus uero nilo natus Opas ut ægyptii appellant:quẽ custodẽ eẽ ægypti uolunt. Tertius ex tertio ioue & iunone:q lemni fabricæ traditur præfuisse. Quartus Memalio natus:q tenuit insulas propter siciliam: quæ Vulcaniæ nominabantur.

Mercurius Vnus Cælo patre: Die matre natus: Alter ualẽtis & phoronidis filius is q sub terris habet̃. Tertius Ioue tertio natus & maia: ex quo & penolapa pana natũ ferũt. Quartus nilo patre: quẽ ægyptii nefas habent nomĩare. Quĩtus quem colũt pheneatæ:q argẽtum inuenisse:& argũ dicitur interemisse. ob eamq causam ægypto præfuisse. atq ægyptiis leges & litteras tradidisse. Hunc ægyptii Treir appellant: eodem noĩe

anni primus mensis apud eos uocatur.

Esculapiorum primus apollis: quē arcades colunt: q specillum inuēisse primusq uulnus dicitur obligauisse. Secūdus secundi Mercurii frater. is fulmīe pcussus dicitur humatus eē cynosuris. Tertius arsippi & arsinoe: qui primus purgōnē alui dentisq euulsionē ut ferunt inuenit: cuius in arcadia non longe a lusio flumine sepulchrum & lucus ostenditur.

Apollinum antiquissimus is: qum paulo ante e Vulcano natum esse dixi custodem Athenarum.

Alter Corybantis filius natus in creta: cuius de illa insula cum ioue ipso certamen fuisse traditur. Tertius ioue tertio nat⁹ & latōa quē ex hyperboreis delphos ferunt aduenisse. Quartus in arcadia: quem arcades Nomionem appellāt: q ab eo se leges ferunt accæpisse.

Dianæ itē plures. Prima iouis & proserpinæ: quæ pinnatū Cupidinem genuisse dicitur. Secunda notior: quam ioue tertio & Latona natam accæpius. Tertiæ pater Vpis traditur: Eam sæpe græci Vpin paterno nomine appellant.

Dionysios multos habēus. Primū ioue & proserpina natū. Secundū Iulo qui nysam dicitur interemisse. Tertiū Capro patre: eumq regem asiæ præfuisse dicunt. Quartum ioue & luna cui sacra orphica putantur confici. Quintum nyso natum & Thyone: a quo trieteri des constitutæ putantur.

Venus prima Cælo & die nata. Altera spuma pcreata ex qua & mercurio Cupidinem secundū natum accepimus. Tertia ioue nata & Diana quæ nupsit uulcano: sed ex ea & marte natus anteros dicitur. Quarta syria Cyroq cōcepta quæ astarte uocatur: quā adonidi nupsisse proditū est.

Minerua prima: quā apollinis matrem supradiximus. Secūda orta Nylo: quam ægyptii Saletæ colunt. Tertia illa: quam ioue generatam supradiximus. Quarta ioue nata & Coruphe oceani filia quadrigarum inuentrix. Quinta pallantis: quæ patrem suū dicitur interemisse uirginitatem suā uiolare conantem: Cui pinnarum talaria affigunt.

Cupido primus mercurio & diana prima natus dicitur. Secundus mercurio & uenere secunda. Tertius quidem est Anteros marte & uenere tertia.

Malitia est uersuta & fallax ratio nocendi.

Ex Tullio de Diuinatione.

Sagire enim sentire acute ē: ex quo sagaces dicti canes. Is igitur q ante sagit: q̄ oblata res : dicitur præsagire: idest futura ante scire.

Iuno moneta appellata est: quoniā quum terræmotus factus eēt: uox ab æde iunonis ex arce extiterat ut sue plena procuratio fieret.

Fatum autem id appello: quod græ

ci hemarmenen: idest ordinem se rieq́ꝫ causarũ: cũ cã cãm ex se gignat. Ea est ex oĩ eternitate fluẽs ueritas sempiterna: quod cũ ita sit nihil est factum: quod non futurũ fuerit. eodemq́ꝫ modo nihil ẽ futurum cuius non causas id ipsum efficiẽtes natura contineat.

Diuinatio est earum rerum prædictio & ꝑsensio: q̃ essent fortuitæ.

Ventos placet Stoicis esse eos anhelitus terræ: qui frigidi sunt: quum fluere cœperint.

Fulgores & tonitrua existunt: quũ anhelitus terræ qui frigidi sunt: se in nubem induerint: eiusq́ꝫ tenuissimam quãq́ꝫ ꝑtem cœperint diuidere atq́ꝫ dirũpere: idq́ꝫ crebrius facere & uehementius.

Fulmen est: quũ nubiũ cõflictio ardor expressus se emiserit.

Tages quidam dicitur in agro tarquiniensi quũ terra araretur: & sulcus altius esset impressus extitisse repẽte: & eum affatus esse qui arabat. Is autem Tages ut in libris est hetruscoꝝ puerili specie dicitur uisus sed senili fuisse prudentia: Eius aspectu quum obstupuisset bubulcus clamorẽq́ꝫ maiorem cum admiratione edidisset: cõcursum eẽ factum. totamq́ꝫ breui tempore ĩ eum locum hetruriam conuenisse. tum illum plura locutum multis audientibus: qui omnia uerba eius exceperint: litterisq́ꝫ mandauerint. Omnem autem orationẽ fuisse eam: quæ haruspicinæ disciplina contineretur: eam postea creuisse rebus nouis cognoscendis: & ad eadem illa principia referendis.

Zodiacus græce: signifer orbis latine dicitur.

Orizontes a græcis nominantur: a nobis finientes uisum rectissime nominari possũt: Illi orbes qui cæli quasi medium diuidunt: & aspectũ nostrum definiunt.

Lemmata dialectici græce appellãt ea: quæ latini duas sumptiones.

Diuinationem Chrysippus definiuit his uerbis: Vim cognoscẽtem & uidentem & explicantem signa quæ a diis hominibus significentur in somnis.

Ex Lactantio Firmiano.

Deus aũt qui ẽ æterna mẽs: ex omni utiq́ꝫ parte perfectæ consumatæq́ꝫ uirtutis ẽ. pythagoras ita diffiniuit quid esset Deus: Animus q per uniuersas mundi partes omnemq́ꝫ naturam commeans atq́ꝫ difusus: ex quo omnia quæ nascũtur: animalia uitam capiunt. Cicero autẽ quid sit deus in. li. i. tusc. diffinit dicẽs: Nec uero Deus ipe q intelligitur a nobis alio modo intelligi potest: nisi mens soluta quædam libera & segregata ab omni cõcretione mortali: omnia sentiẽs & omnia mouens.

Solidum id existimandum est: cui nihil decedere possit.

Perfectum id existimandum ẽ: cui nihil possit accedere.

Chaos est rudis inordinatæq́ꝫ materiæ confusa congeries. Nec audiendi sũt poetæ: Qui aiunt Cha-

os ī pricipio fuisse.i.cōfusionē re-
rū atq; elemētorū: Postea uero de
um diremisse omnem illam con-
geriē: singulisq; rebus ex confuso
aceruo separatis ī ordinēq; descri
ptis īstruxisse mūdū pariter & or-
nasse: oia eni Deus fecit ex nihilo
Thales milesius: qui unus e sep-
tē sapientibus fuit qui primus om
nium quæsisse de causis naturali-
bus traditur: Aquam esse dixit: a q̄
nata sint omnia. Deū aūt eē mētē
qui ex aqua cūcta formauerit. Ita
materiā omniū rerū posuit in hu-
more: principiū & cām nascendi
posuit in deo.
Sibyllæ sunt oēs fœminæ uates e
uersibus nūcupatæ: Vel ab Vnius
delphidis nomine: Vel a consiliis
deorū enūtiandis σιους enim de
os: non θεους: & consilium non
βουλην sed βουλιαν appel-
labant æolico gn̄e sermōis. Itaq;
Sibyllā dictā eē q̄si σεοβουλην.
Fortis uir ille solus debeat iudicari:
q̄ temperans est: & moderatus est
& iustus.
Citheron boetiæ mons thebis uici-
nus ubi liber pater natus est: ubi ēt
orpheus primus sacra liberi cele-
brauit: qui mons quū frequenter
citharæ cantu personaret Cithe-
ron appellatus est Ea sacra etiam
nūc orphica nominant: ī qbus ip-
pse postea captus & dilaceratus ē.
Anthropos ανθρωπος homo a
græcis appellat̄ q̄ sursum spectet
Vnde & ouid. Inqt: os homini su-
blime dedit: cælūq; uidere Iussit:
& erectos ad sidera tollere uultus.
Diabolū διαβολον greci appel
lātnos crimiatorē uocaus: q̄ cri-
mina ī q̄ ipse illicit ad deū deferat
Est aūt malorū spirituū princeps.
Materia est ex qua fit aliquid.
Iumēta dicta sūt magna rū uiriū aīa
lia a iuuādo: q̄ ī excolenda terra
Iuuarent.
Homo nūcupatus ē q̄ sit factus ex
humo deus. n. hoīem figurauit ex
limo terræ ad imagīs suæ formā: q̄
nihil pōt eē pfectius. Nemo āt pōt
iure dici homo: nisi qui sapiēs ē.
Parcas tres eē uoluerūt: hic illud ē:
Clotho colū baiulat: lachesis tra-
hit Atropos occat. Vna. n. uitā ho
minibus ordit: Altera cōtexit. Ter
tia rūpit ac finit Incipimus. n. quū
nascimur. & sumus quū uiuimus
& desinimus quū īterim°. Oia nā
q̄ trib° ipib° cōtineri necesse ē p̄
terito: p̄senti: futuro. Preteriti est
origo: p̄ñtis substātia. Futuri disso
lutio: quæ omnia ī singulis homi-
nibus apparent.
Paradisū .i. hortū fœcundissimū &
amœnissimū ī ptibus oriētis om-
ni genere ligni arborūq; deus cō
seuit: ut ex earū uariis fructibus
aleret hō ex limo generatus: ex-
persq; omnium laborū deo patri
sūma deuotione seruiret.
Dæmonas grāmatici dictos aiūt pi
tos ac rerū scios: hos aūt putāt de-
os eē: Duo uero gn̄a Dæmonū
facta sūt. Vnū cæleste: alterū terre
nū. hi sūt īmūdi spūs: malorū q̄
gerūt autores: quorū Diabolus ē
princeps. cui ab initio deus dede
rat terræ potestatem. Ipsi autem

ſpiritus cõtaminati & perditi per omnem terram uagantur: & ſolatium perditiõis ſuæ perdẽdis hominibus operantur. Itaq͞ omnia i ſidiis fraudibus erroribus cõplent adherẽt enim ſingulis hominibus & omnes hoſtiatim domos occupant: ac ſibi Genioꝝ nomen aſſumũt. ſic enim latino ſermone Dæmonas interpretantur. hos in ſuis penetralibus conſecrant & uenerantur quaſi terreſtres deos: & q̃ſi depulſores maloꝝ quæ ipſi faciũt & irrogant. Qui quoniam ſũt ſpiritus tenues & incõprehenſibiles i ſinuant ſe corporibus hominum: & occulte in uiſceribus operti ualitudinem uitiãt: morbos citant ſomniis animos terrent. mentes furoribus quatiunt: ut hoĩes his malis cogãt ad eorũ auxilia decurrere. Nocẽt illi quidem ſed his a q̃bus timẽtur: quos manus dei potens & excelſa non protegit: q̃ prophani ſunt a ſacramento ueritatis Iuſtos autem: ideſt cultores dei metuunt cuius nomine adiurati de corporibus excedunt: quorum uerbis tãq̃ flagris uerberati: nõ mõ eſſe ſe cõfitentur: ſed etiam nomina ſua eduntilla: quæ in tẽplis adorãtur.

Simulacra a ſimulatione. i. a fallacia dicta ſunt.

Philoſophia eſt: ut nomen indicat: ſtudium ſapientiæ.

Philoſophus. i. quæſitor ſapientiæ:

Scientia certi eſt: cuius eſt ſcire proprium.

Opinatio incerti: Id enim opinatur quiſq͞ quod neſcit.

Humanitas plane uocatur miſerationis affectus: q̃a humanitatis offĩcium eſt neceſſitati hominis ac piculo ſubuenire.

Fortuna eſt accidentiũ reꝝ ſubitus atq͞ inopinatus euentus. Vulgus & imperiti fortunam putant eſſe: quæ tribuit hominibus bõa & mala. Nam ſimulacrũ eius cum copia & gubernaculo ſingunt: tanq̃ hæc & opes tribuat: & hũanarũ rerũ regimẽ obtineat: cui opinioni & Vergilius aſſẽſit: q fortunã omnipotentem uocat. & hiſtoricus q ait: Sed ꝓfecto fortuna in omni re dominatur.

Deus: pater ideo appellandus ẽ: q̃a nos creauit: nobis etiam multa & magna largitur. Dominus ideo: quia regit: caſtigandiq͞ & puniendi habet maximam poteſtatem.

Immortalitas ẽ regni cæleſtis hæreditas. i. ſũmum bonum.

Sermo eſt ſpiritus cum uoce aliq̃d ſignificante prolatus.

Logos & ſermonem ſignificat & rationem.

Ieſus inter homines nomĩatur: Nã Chriſtus: non proprium nomen eſt nuncupatio poteſtatis & regni: Vnde ab unctione nominatus eſt chriſtus Ieſus autem latine dicitur ſaluator: quia cunctis gentibus ſalutifer uenit.

Emanuel ſignificat nobiſcum deus. ſ. quia illo per uirginem nato: confiteri homines oportebat deũ ſecũ eẽ. i. in terra & in carne mortali. Id autẽ nomen propheta Iſaias protulit dicens: ecce uirgo con

cipiet in utero: & pariet filium: & uocabitur nomen eius Emanuel.

Ticionem uulgo appellāt extractū foco torrem semiustum & extīctū.

Testamētū Iccirco Moyses & iidē ipsi prophetæ uocant legem quæ iudeis data erat: quia nisi testator mortuus fuerit: nec confirmari testamentum potest: nec sciri quid i eo scriptum sit: quia clausum obsignatū est. Itaq; nisi Christus mortem suscepisset: aperire testamentum. i. reuelari & intelligi mysterium dei non potuisset. Verum scriptura omnis in duo testamenta diuisa est. Illud quod aduentum domini passionem q; antecessit. i. lex & prophetæ Vetus dicitur. Ea uero quæ post resurrectionem eius scripta sunt. Nouum testamētum nominatur. Iudæi ueteri utuntur: Nos nouo: sed tamen diuersa nō sunt: quia Nouum ueteris adimpletio est: & in utroq; idem testator ē Christus: qui pro nobis mortem suscepit: Nos heredes æterni regni fecit: abdicato & exheredato populo iudæorum.

Religio nomen accepit a religando: quia hoc uinculo pietatis obstricti deo & religati sumus. Non aūt ut Cicero interpretatus est ab religendo ut scribit i libro de. n. d.

Religio ueri cultus est.

Superstitio falsi: Supstitiosi enim uocantur aut hi: qui superstitē memoriam defunctorum colunt: aut q parentibus suis superstitibus colebant imagines eorum domi tanq̄ deos penates. Nam qui nouos sibi ritus assumebāt: ut in deorum uicem mortuos honorarēt: quos ex hoībꝰ i cælū receptos putabāt: hos Superstitiosos uocabant. Eos uero q publicos & antiquos deos colerent Religiosos nominabant Vnde Vergilius. Vana superstitio ueterū q; ignara deorū.

Superstitiosi q multos ac falsos deos colunt.

Religiosi qui uni & uero deo supplicant.

Sapientia est intelligentia uel ad bonum rectum q; faciendum: Vel abstinētia delictorum factorum q; improborum.

Stultus est qui: quid sit bonum ac iustum nō scit: & Ideo semper peccat.

Patientia est malorum quæ aut ferūt aut accidunt cū æquanimitate perlatio Est autem magna & præcipua uirtus Patientia. hæc. n. perturbatum animum ac fluctuantē ad tranqllitatem suā reuocat: hæc mitigat hæc homiem sibi reddit qua quidem stulti carent.

Virtus est iram cohibere: Cupiditatem compescere: libidinē refrenare Idest enim uitium fugere.

Lætitia est insolenter se offerens gaudium.

Cupiditas est perseuerās ac perpetua uoluntas.

Frugalitas est abstinentia quidem uoluptatum.

Liberalis is est: qui cibum & benemeritis: & quum orportet: & q̄tū satis est: largitur.

Prodigus is est: qui & non meritis:

& quã opus nõ ẽ: & sine respectu rei familiaris effundat.

Cogitatio nihil aliud ẽ q̃ mentis agitatio.

Bonus uir est qui prosit quibus possit: noceat nemini.

Furias tres esse poetæ dixere: quæ mentes hominũ exagitẽt: propter tres affectus: q hoĩes in oĩa facinora præcipites agant. Ira enim ultionem desiderat. Cupiditas opes. libido uoluptates.

Sanus. iustus. pfectus ille hõ est: qui ad alienã fœlicitatem non attollat oculos: opes nõ admiretur. alienã mulierẽ sancte uideat. nihil omnino appetat. non concupiscat aliẽa non inuideat ulli. nõ fastidiat quẽq̃. sit hũilis. mĩsicors. bñficus. mitis. hũanus. pax in animo eius perpetua uersetur.

Sacrificiũ est laus & hymnus.

Sapiẽtia quæ soli homini data ẽ: nihil aliud est q̃ dei notitia.

Mens & aĩa non idẽ est. Aliud ẽ. n. quod uiuimus: aliud quod cogitamus. nã dormientiũ mẽs: non aĩa sopitur. & in furiosis mẽs extiguit aĩa mãet. & ĩdo nõ exanimes: sed demẽtes uocãtur. Mẽs ergo. i. itelligentia uel augetur. uel minuitur ꝑ ætate. Aĩa in statu suo sẽp ẽ.

Corpus uas ẽ animæ: uel receptaculũ. ita nec aĩa ps est corporis.

Hidaspes q fuit medoꝝ rex ãtiqssimus: a quo amnis quoq; nomẽ accæpit: q nunc hidaspes dicit sub interpretatione uaticinãtis pueri ad meoriã posteris tradidit sublatum iri ex orbe impiũ nomenq; romanum: quod multo añ præfatus ẽ: q̃ illa troiana gens conderetur.

Ira cõmotio mẽtis ẽ ac perturbatio. siqdem cũ in animũ cuiusq̃ incidit uelut sæua tẽpestas tãtos excitat fluctus: ut statũ mẽtis immutet: ardescãt oculi. os tremat. lingua titubet dẽtes concrepẽt. alterius uultũ maculet: nunc suffusus rubor. nũc pallor albescens.

Ira ẽ: inqt Seneca: cupiditas ulciscẽdæ iniuriæ. Alii: ut ait Possidonius Cupiditas puniẽdi eius a quo te inique putes læsum. Quidã ita diffinierunt. Ira ẽ incitatio aĩ ad nocendũ ei: q aut nocuit: aut nocere uoluit. Cicero ãt ait. Ira ẽ libido ulciscẽdi. Ira itẽ ẽ motus aĩ ad coercendã peccata insurgẽtis.

Mors est dissolutio naturæ.

Caput dictũ ẽ: ꝙ hinc capiant initiũ sensus ac nerui: in eo. n. ẽ regimẽ totius animãtis. quod Varro ad Ciceronem scribit.

Frontẽ noĩatam Varro existimauit ab oculoꝝ cõcauis foraminibus.

Aures ab audio uelut audes pmutationẽ litteræ sunt nominatæ.

Oculos dictos esse Varrõi placet: quoniam eos deus ciliorꝝ tegminibus occuluit ut munitiores eẽnt ab iniuria.

Palpebræ qbus mobilitas iest a palpitatione dictæ sunt: pilis in ordĩe stãtibus uallatæ septum oculis decentissimum præbent.

Acies est mẽbrana illa perlucẽs.

Pupillas nuncupamus scintillas luminum media parte cõclusas: ĩ qbus puris ac subtilibus cernẽdi sen

sus ac ratio cõtinetur.
Gingiuæ a gignendis dentibus nominantur.
Mētum deductū est clæmēter a genis. & ita īferius cõclusum : ut acumen eius extremū signare uideatꝛ leniter impressa diuisio.
Pollex digitus a cæteris sepatus nomen accæpit: ꝙ ui & potestate inter cæteros polleat.
Nares dictæ: quia per eas uel odor uel spiritus nare non desinit.
Vir noīatus est ꝙ maior in eo uis ē: q̄ in fœmina.
Virtus a uiro nomē accæpit.
Mulier: ut Varro interpretatꝛ a mollicie ē dicta immutata & detracta littera uelut molier.
Mēs uel aīus nūcupatur sēsus ille uiuus atqꝫ cælestis: qui quidem tātæ mobilitatis est: ut ne tū qdem quū sopitus est cõquiescat: tātæ celeritatis : ut uno temporis puncto cœlum omne collustret: si uelit maria peruolet: terras & urbes peragret.
Harmoniam musici uocant Intentionem: concentumqꝫ neruorum in integros modos sine ulla offensione consonantium.

ΤΕΛΟΣ.

Emendanda quædam.

Epistolæ modus.

Delctat: pro delectat.

Calendæ.

Vel ꝙ: ꝑ Vel ꝙ. Vidus appellatos pro uidus appellatas.

De quinqꝫ partibus.

Quod cõueniat: pro quid.

Barbarismus.

Vt in santibus: Immo ut in satibus.

Ab Externis laus.

Elarum. pro clarum. Fuisse ostendimus: pro ostendemus.

Ab animo Laus.

Vicinias: pro uicinitas.

De Memoria.

In Thessalia Simonidis pro Simonides.

De Memoria in fine.

Primam crateram ad secūdam: an ad hilaritatem. Immo sic Primā crateram ad sitim. Secundam ad hilaritatem.

Impressum Venetiis ꝑ Simonem Beuilaqua .Mcccc.xciii. Sexto idus Quintiles.